Carmina figurata graeca

Carmina Figurata Graeca.

Ad fidem potissimum codicis Palatini

edidit

prolegomenis instruxit apparatum criticum scholia

adiecit

Carolus Haeberlin

DR. PHIL.

Editio altera correctior.

HANNOVERAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO.

MDCCCLXXXVII.

Recensionen erschienen hierüber in der:

Wochenschrift für class. Philologie 1887 nr. 20 Sp. 613 (Knaack).
Litterarisches Centralblatt 1887 nr. 40. Sp. 1379 (Crusius).
Neue Philologische Rundschau 1887 nr. 25 p. 385-386 (Sitzler).
The Classical Review 1887 no. 10 p. 304 (Heberden).
Zeitschrift für das Gymnasialwesen Berlin 1887 Heft 7/8. ?.
Deutsche Litteraturzeitung Jahrg. III nr. 41 Sp. 1455 (Spiro).
Berliner Philologische Wochenschrift 1888 nr. 50 Sp. 1557-1561 (Knaack).

Typis expresserunt Jaeneckii.

UDALRICO DE WILAMOWITZ-
MOELLENDORFF

S.

ΓΡΙΦΩΔΕΣΧΑΡΙΤΟΣΚΑΠΡΟΛΙΝΟΣΜΗΘΕΛΕΝΗΜΕΝ
ΜΝΑΜΑΤΕΚΑΙΦΙΛΙΑΣΣΟΙΦΙΛΟΜΩΜΙΧΙΔΑ.

Repetenti technopaegniorum editionem tantummodo praemonendum mihi videtur fundamentum eius idem mansisse quod prioris libri, quem ineunte anno praeparatum studiorum tanquam primitias pro manuscripto emiseram. Quae vero aut mutanda aut addenda fuerint facile experiri licet, modo ne in rebus quas tractavi tam obscuris tamque controversis nimia audacia opprobrio tribuatur. Technopaegniorum enim quae legi intellegique posset editionem expetendam esse censui. Quod consilium quatenus exsecutus sim homines iudicent doctissimi, quorum gratissimo consilio et opera in hac editione me usum esse libenter profiteor, velut Dielsii, Hilleri, Kaibelii, Gerckii. Neque minus Ziegleri liberalitate fruebar, qui codicum Italorum nonnullorum lectiones per litteras mecum communicavit. Glossas Juntinae Lipsiensis in Fistulam e codice Ambros. 75 non fluxisse a Dielsio, qui codicem mea causa inspexit, edoctus sum. Ceterum etiam in codice Athoo saeculi XVII ineuntis, oleo tincto, technopaegnia (Fistulam, Securim, Alas, Dosiadae Aram, Ovum) cum scholiis exstare comperi e libro qui inscribitur: Der christliche Osten. Kiew 1877. des Porphyrius Uspensky erste reise nach dem kloster und der einsiedelei des Athos im jahre 1845. I, 2 p. 219—247; cuius libri notitiam viro doctissimo O. de Gebhardt debeo. Huius codicis lectiones quas descripsi bucolicam sequuntur traditionem neque quidquam illo affertur novi nisi quod ibi meliora in Aram scholia inveniuntur et Al. v. 6 post δι' αἴθρας interpungitur.

D. Hannoverae mens. Nov. MDCCCLXXXVI.

Prolegomena.

Inveniri vix possunt carmina ad recensionem interpretationem emendationem tam diu tamque iniuste neglecta quam anthologiae Graecae sex technopaegnia quae securis alarum ovi arae fistulae exhibent figuras, quamquam alioquin carminum difficultatibus et obscuritatibus nostrates non deterreri ad ea emendanda sed incendi solent. Quo factum est, ut accurata omnium technopaegniorum in codicibus collatio adhuc desideretur. Etenim postquam Claudius Salmasius his poematiis recensendis primus vere operam dedit, non ita multum profecimus. Quod hac commentatione ab ovo ut aiunt ea retractaturi sumus, excusatione non opus est. Ac totam quaestionem ita liceat instituere ut priore loco quomodo recognoscenda sint technopaegnia, ne certo fundamento careamus, deinde quae inter singula carmina intercedat ratio exponamus. Aequum vero est ante eorum qui in illis sive universis sive in parte tractandis praecesserunt facere mentionem.

Inter eos igitur qui ante Salmasium obscura illa technopaegnia illustrare conati sunt, primo loco qui nominetur dignus est vir notissimus Vitus Winshemius qui vulgatam Fistulae constituit lectionem, cuius interpretatio in Theocriti editione Brubachiana tertia[1]) primum divulgata inde in plerasque Theocriti editiones posteriores recepta est. Simiae Rhodii Alas Securim Ovum interpretatus est Claudius Auberius Triuncurianus ad calcem Theocriti Crispiniani; Dosiadae Aram pessime corrupit Guilielmus Canterus[2]). Fistulae interpretatio grammatica quae exstat in Theocr. edit. Lipsiensi 1596 excerpta tantummodo est e Winshemiana. Praeter illos Latine converterunt singula poematia Eobanus Hessus, Joannes Auratus, Richardus Esius[3]). Qui omnes longe superantur ab Joanne Brodaeo cuius breves in Securim, Alas, Aram annotationes in Miscellaneorum parte II lib. VII cap. 24 exhibet Gruteri thesaurus criticus[4]). Joannes Meursius[5]) optimo iure Aram, quod carmen antea vel Simiae vel Theocrito tribuebatur, vindicare studuit Dosiadae. Obiter deinde Hug. Grotius Batavus[6]) Dosiadae Aram Graece et Latine proposuit. Josephi Scaligeri elegantes et ingeniosae emendationes ad Ovum, Alas, Securim, Fistulam, Dosiadae Aram exstant in

1) Francof. 1558 not. p. 238.
2) Nov. lectt. I, 19.
3) cf. Fabric. bibl. Gr. cur. Harles. vol. III p. 810 sq.
4) Francof. 1604 tom. IV pp. 22 et 23.
5) Atticar. lect. lib. III cap. 17 in Jac. Gronovii thesauro Graecar. antiquitatum Lugd. Bat. 1699 vol. V p 1851.
6) Syntagm. Arateorum ex officina Plantiniana ap. Christophorum Raphelengium Lugduni Batav. 1600 pp. 67 et 68.

bucolicorum editionibus velut Heinsiana 1604 p. 232, quae p. 213 simul Ovum ab illo emendatum totum expressit, et in Petr. Burmanni antholog. veterum Latin. epigr. et poemat. Amstelod. 1759 tom. I p. 38. At contigisse ei, ut Simiae Ovum corruptissimum quodam modo purgaret, utique negandum est, praesertim cum non magis quam ceteri perspexerit, quo ordine Ovi versus legendi essent. Idem in epistola prid. Id. Julii Juliani 1608 ad Claudium Salmasium data de altera Ara egit[1]. Tum vero obscuritatibus technopaegniorum lucem tulit adiutus praeclarissimi codicis Palatini scholiis Claudius Salmasius in libro qui inscribitur Duarum inscriptionum veterum Herodis Attici rhetoris et Regillae coniugis honori positarum explicatio. Eiusdem ad Dosiadae Aras Simmiae Rhodii Ovum Alas Securim Theocriti Fistulam notae quibus obscura hactenus et depravatissima poematia illustrantur et emendantur. Lutetiae Parisiorum apud Hieronymum Drovart via Jacobea, sub scuto Solari 1619. — Qui etiamsi in explicanda Dosiadae Ara plane in avia aberravit, tamen usque ad nostram aetatem ita pervicit auctoritate, ut posteriores eius vestigia presse secuti sint. Nam quod Isaacus Vossius ad Pomp. Mel. II, 7 vehementissime in Salmasium invectus affirmavit ab eo Holobolum rhetorem totum descriptum esse[2], iniuria affirmavit id quod iam Lud. Casp. Valckenarius[3] demonstravit, qui Manuelis Holoboli „rhetoris et maximi protosyngeli“ scholia edidit. Vossius ipse, qui de Securis manubrio Simiae abiudicando cum Salmasio plane consensit[4], de Arae interpretatione optime meritus est. Indignus quem respiciamus post Salmasium videtur esse Fortunius Licetus Genuensis, qui intra annos 1630 et 1655 ad illa technopaegnia et ad Publilii Optatiani Porfyrii Aram et Fistulam composuit encyclopaedias. De quo si quis recte iudicare velit, legendae ei sunt encyclopaediae ad Aram mysticam Nonarii Terrigenae Anonymi vetustissimi Patavii 1630 et ad Theocriti Fistulam Utini 1655. In illa enim postquam Scaligeri et Salmasii sententias perpendit atque Bartholomaei Soveri, Felicis Osii versiones, Bartholomaei Vecchii versionem et explicationem expressit, ipse cap. IX p. 68 triplicem Arae auctorem profert Simiam Rhodium, Gaditanum aliquem ignotum, qui „Aram erexit hanc Arti poeticae“, anonymum Pythagoricum; deinde vero pp. 70 et 135 demonstrare studet hanc Aram esse compositam a Nonario Terrigena. In encyclopaedia ad Fistulam cum ceterorum contra explicationes pugnat, quod huius carminis „sensum mysticum“ non eruerint, tum maxime p. 41 contra Salmasium atque p. 59 alucinatur Syringem

---

[1] cf. Jos. Justi Scaligeri Opuscula Paris. 1610 p. 469.

[2] cf. Pomponii Melae libr. tres de situ orbis cum observationibus Is. Vossii edit. secund. Franekerae ap. Leonardum Strickium 1700 p. 282 not. 26.

[3] diatrib. in Eurip. perdit. dramat. reliquias p. 129.

[4] cf. Scyl. cum tralatione et castigationibus Is. Vossii Amstelod. 1639 p. 20 not. ad. p. 41.

Theocrito nihil aliud esse quam poesim quae non voce ac flatu solo debeat inflari sed mensurata sapientia.

Qui deinde haec technopaegnia ediderunt, Brunckius[1]), Jacobsius[2]), Boissonadius[3]), cuius commentarii etiam in Duebneri Anthol. Palat.[4]) exstant, a Salmasio non multum deflexerunt. De singulis rebus qui egerunt mentione sunt digni Thomas Reinesius[5]), Hadrianus Relandius[6]), La Crozius[7]), Alph. Heckerus[8]), P. de Lagarde[9]), Val. Rose[10]), L. Sternbachius[11]). — J. Ehlersius qui dissertationem Αἴνιγμα et γρῖφος Bonn. 1867 scripsit, technopaegniorum griphos ne verbo quidem commemorat. Primus post Salmasium accuratius — collatione tamen codicis Palatini neglegenter facta usus — de omnibus technopaegniis disputavit Theod. Bergkius[12]), qui etsi eorum difficultates obiter tantum perstrinxit, tamen de auctoribus rectissime iudicavit. Antea iam in programmatis Halensibus festivis varietatem scripturae et scholia ediderat suosque adiecerat commentarios, quos postea in anthologiae lyricae praefationem recepit[13]). Novam denique aperuit recognoscendi viam U. de Wilamowitz-Moellendorff[14]), qui primus rationes inter Dosiadae Aram, Theocriti Fistulam, Lycophronis Alexandram, Theocriti carmina intercedentes exposuit.

Iam ad technopaegniorum recensionem transeamus. Manu scriptos inter codices eminet anthologicus

a. Palatinus nr. 23 membranaceus saec. XI (= A P Ahrens. = P. vulg.) clarissimus epigrammatum codex, quo ex-

---

1) Analect. veterum poetarum Graec. Argentorati 1776 vol. I. p. 205-209 p. 304 pp. 412 et 413; vol. III lection. et emendat. p. 40—43 p. 95.

2) Anthol. Graec. tom. I 1794 p. 139—143 p. 202—203. VII 1798 p. 7—21 et p. 211—224. edit. 1814 tom. II p. 603 et IV p. 819—830.

3) Critique littéraire sous le premier Empire publiée par F. Colincamp Paris. 1863, tom. I, p. 367—374.

4) vol. II, 1872 annotat. ad cap. XV.

5) Variar. lection. libri III Altenburgi 1640. 4. p. 78—79 p. 152 p. 398.

6) dissertat. miscell. pars II 1707 p. 247.

7) cf. Thesauri Epistolici Lacroziani tom. III Lipsiae 1786 p. 256—258.

8) Commentationis criticae de anthol. Graec. pars I Lugd. Batav. 1852 p. 125—127.

9) Reliquiae iuris ecclesiastici antiquissimae Graec. Lips. 1856 p. IX.

10) Anacreontis quae feruntur Symposiaca 1876 praefat. p. V—VI, XIV—XV.

11) Meletemat. Graec. Vindob. 1886 pars I pp. 83, 112, 160, 173, 174.

12) Anthol. lyric. ed. alt. Lips. 1868 p. LXVIII—XCI.

13) Programmate dato 12 Januar. 1866 continetur varietas lectionis ad Fistulam, Holoboli exegesis. 4 Mai. 1866: Var. lect. et schol. Palat. ad. Ovum. 16 Juli. 1866, quod programma rarissimum e biblioth. reg. univ. Hal. Hartwigii benignitate accepi, schol. Palat. ad Fistulam et ad Aram alteram. 28 Juli. 1866: schol. Pal. in Securim; Holoboli exeges. in Securim; scholia in Simiae Alas; Holoboli scholia in Dosiadae Aram. 4. Mai 1867: varietas scripturae ad Besantini Aram. Scholia in carmina figurata nunc commode leguntur in Bergkii opusc. ed. Peppmueller 1886 vol. II p. 760—772; exceptis tamen scholiis ad Ovum.

14) ind. schol. hibern. Gryphisw. 1883.

hibentur Syrinx. Securis. Alae bis (a[1] a[2]). utraque Ara. Ovum. Omnia excepta Dosiadae Ara cum scholiis. Dosiadae Arae scholia propterea non adiecta videntur esse, quod haec codicis pagina duobus Marini epigrammatis[1]) iam expleta erat.

Codicis partis eius qua carmina figurata continentur, photogrammata mihi permisit C. Zangemeisterus bibliothecae Heidelbergensis praefectus, cuius benignitate liberalitateque mihi contigit, ut ipse carmina figurata simul cum scholiis quam accuratissime conferrem. Indicem et reliqua epigrammata in ipsa membrana contuli.

Codices bucolici quibus Ahrensio, Zieglero, Duebnero, Bergkio testibus praeter alia unum alterumve e technopaegniis et scholia continentur, sunt:

b. Vaticanus nr. 915 bombyc. saecul. XIII (= 9^A Ahr. = m Ziegl.).

Θεοκρίτου Σῦριγξ. Scholia in Syringa (teste Sanctamando etiam Βωμός et Πέλεκυς).

c. Ambrosianus nr. 222 bombyc. saec. XIII ex libris Merulae (= k Ahr. Ziegl.).

Simiae Alae et Securis. Codex est princeps Theocriteus.

d. Laurentianus Mediceus plut. XXXII cod. nr. 37 bombyc. in 4 saec. XIV (= p Ahr. Ziegl. = Lb Bergk.). Theocriti Syrinx cum titulo ἤχημα μουσῶν ἡ Θεοκρίτου Σῦριγξ. In codice praeterea tres Holoboli versus[2]) apponuntur:

σύριζε τὴν σύριγγα τήνδε συντόνως
εἴ τις λόγων πέφυκας εὔνουν (vel ἔννουν) τεκνίον
καὶ γάλα μουσῶν ἐξαποθλίβειν θέλεις[3]).

Zieglero videtur codex e longe vetustiore, quem librarius hic illic non potuit legere descriptus esse.

e. Vaticanus nr. 42 bombyc. saec. XIV (= e Ahr. Ziegl.).

Syrinx.

f. Ambrosian. B. 99 sup. 40 bombyc. saec. XIII (= f Ziegl. = A2 Bergk.). Forma quadrat.

Σιμμίου Ῥοδίου πέλεκυς. Alae cum titulo πτέρυγες τοῦ αὐτοῦ ἤγουν ἔρωτος ποίημα θεοκρίτου et explicatione Holoboli. Syrinx. fol. 12a titulus: βησαντίνου βωμός. Ara ibi delineata sed ipsum poemation paucis versuum 21 et 22 verbis exceptis non est ascriptum.

g. Parisinus reg. nr. 2832 bombyc. saec. XIV (= M Duebn. Ahr.).

Σῦριγξ bis, primum simpliciter, iterum autem fistulae effigiei inclusa, cum Manuelis Moschopuli et Demetrii Tri-

---

1) A. P. IX, 196 et 197.

2) cf. Duebn. schol. Theocr. p. 111; exstant etiam in Parisin. 2832 et Laur. 46.

3) cf. Bandin. catalog. Graec. bibl. Laur. tom. II Flor. 1768 pp. 197 et 200.

clinii glossis, Pediasimi et Holoboli commentariis [1]). Dosiadae Βωμός [2]).

h. Vaticanus nr. 38 bombyc. saec. XIV.
Σῦριγξ. Βωμός Ἰωάννου τοῦ Πεδιασίμου ἐξήγησις εἰς τὴν σύριγγα.

i. Perusinus in bibl. publ. nr. 15608 sive 257 bombyc. saec. XIV (= Φ Ahr.).
Πτέρυγες.

k. Laurentian. plut. XXXII nr. 52 chartac. saec. XIV (= q Ahr. = L Bergk.).
Alae cum scholiis quae e Palatino fluxisse videntur [3]).

l. Vatic. nr. 1825 chart. saec. XIV (= 4 Ahr.).
Σῦριγξ.

m. Vatic. nr. 1363 saec. XIV e libris Ursini (= 10 Ahr.).
Σῦριγξ.

n. Parisin. reg. nr. 2726 chart. saec. XIV (= D Ahr).
Πτέρυγες. Post Ὀαριστύν versus δέχνυσο τὰν σύριγγα κτλ. [4]). Extrema paginae parte vacua, postremo Πέλεκυς.

o. Vaticanus nr. 434 saec. XIV (= Va Bergk.).
Dosiadae Ara. Βησαντίνου Βωμός.

p. Vatican. nr. 1379 chart. saec. XV (sec. Ziegl.; saec. XIV sec. Ahr.) e libris Ursini (= 18 Ziegl. Ahr. = V Bergk.).
Θεοκρίτου Σῦριγξ. Δωσιάδου βωμός.

q. Ambrosianus H. nr. 22 super. saec. XIV (vel potius recentior = b Ahr. = A 3 Bergk.).
Σῦριγξ Hoc codice editionem Ald. priorem usam esse certissime apparet e scriptura communi vs. 5 ὡς τᾶς, 9 ἶσαν δέα, 16 λαρνακόμις vel λαρνακόμιε aliisque.

r. Ambrosianus B. nr. 75 membr. saec. XV (c Ziegl. Ahr. = A 1 et A Bergk.).
Σῦριγξ (altera pagina vacua) βωμός. Τοῦ ὁλοβόλου ῥήτορος ἐξήγησις εἰς μέτρα τῆς τοῦ Θεοκρ. σύριγγος. Τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις ῥηματικὴ τῆς τοῦ Θεοκρ. σύριγγος. Ἑτέρου ἐξήγησις τῆς τοῦ Θεοκρ. σύριγγος. Duae pag. vacuae. Τοῦ αὐτοῦ ῥήτορος ὁλοβόλου ἐξήγησις συνοπτικὴ εἰς τὸν πέλεκυν. Dimidia pag. vacua. Τοῦ αὐτοῦ σιμμίου ῥοδίου ὠόν [5]).

---

1) edidit Duebn. schol. Theocr. p. 109—112.
2) cf. Bergk. anthol. lyr.² p. LXXI not.
3) „p. 119b imago quaedam Cupidinem alatum, arcu et pharetra instructum exhibens; in alis vero Theocriti opusculum illud, cui titulus Πτερύγιον, continens cum adscripta ipsius legendi ratione .... haec autem pictura inverso capite est ita ut codex inverti debeat, ut et ipsius intuendae et praedictae declarationis legendae copia fiat." Bandinius p. 210.
4) ut in Ambr. 75, de quibus cf. Ahr. Philolog. 33 p. 414.
5) Holoboli exegesin in Fistulam inde edidit Bergkius progr. Hal. 12. Jan. 1866 p. 7. Var. lect. ad Ovum idem progr. Hal. 4 Mai. 1866 Holoboli exeges. in Securim idem progr. Hal. 28 Jul. 1866.

s. Vaticanus nr. 1311 chart. saec. XV e libris Ursini (= 11 Ziegl. Ahr.).
In fine Θεοκρίτου Σῦριγξ.

t. Laurentian. plut. XXXII nr. 46 chartac. in 4 saec. XV (= t Ahr. = La Bergk.).
In fine Theocriti Syrinx et Ara. Syringem sequuntur iambi σύριζε τὴν κτλ. ut in Laur. XXXII, 37[1]).

v. Laurentian. plut. XXXII nr. 43 in 4 saec. XV (= r Ahr Ziegl. = Lc Ld Bergk.).
Θεοκρίτου Σῦριγξ bis, sed diversis locis (v^1 v^2).

w. Venetus nr. 522 membr. saec. XV (= n Ziegl.). Syrinx.

x. Parisin. reg. nr. 2781 chart. saec. XV Mich. Apostolii manu scriptus (= G Ahr. Duebn. = Pa 2 Bergk.).
Syrinx cum Holoboli commentariis (sec. catalog.: „scholia in Simiae Syringem"). Holoboli exeges. edid. Duebn. schol. in Theocr. p. 112—113.

y. Parisinus nr. 2812 chartac. saec. XV sub fin. (= K Duebn. Ahr.).
Syrinx, quam Duebnerus contulit (schol. Theocr. p. 169), quamquam olim[2]) eam ibi deesse testatus erat. Ara sec. catalog.

z. Coislin. nr. 351 scriptus anno 1516 (= Z Ahr. Duebn. = Pa 1 Bergk.).
Σῦριγξ.

Restant deterioris ut videtur notae codices:

Parisinus reg. nr. 2721 chart. saec. XVI (= B Ahr) Πτέρυγες.

Dorvillianus (de quo cf. Ahr. bucol. I p. XLII) Βωμός. Πέλεκυς.

Vossianus vel Leidensis uterque[3]). Holoboli expositio in Aram Dosiadae[4]).

Iuntinae margo (= Im. Ahr.). Glossae paraphrases scholia ad Syringa in exemplaris Iuntini, quod est in bibliotheca urbica Lipsiensi, marginem et inter lineas olim e codice aliquo recentioris aetatis illata. Ipse primus contuli. Nihil iis affertur novi quin in schol. Pal. apud Holobol. vel Pediasimum iam exstet, nisi quod ταυροπάτωρ vs. 3 explicatur per ἡ μέλισσα νύμφη et ἔλλοπι vs. 18 per ἐλλοπὶς εὐόφθαλμος[5]).

Ex antiquioribus bucolicorum editionibus quibus technopaegnia continentur mihi in manibus fuerunt (pleraeque e bibl. univ. Gotting.):

---

1) cf. Bandin. II p. 205.

2) apud Ahrensium bucol. I p. XXXIX.

3) cf. Montfauc. biblioth. bibl. p. 676 E. Fabric. bibl. Gr. cur. Harles. IV p. 433. Valckenaer. diatrib. p. 129—130.

4) Codicis Palatini apographa ad carminum recensionem adhiberi non posse apparet; necdum tamen dispicio, unde Securis manubrium in codicem Barberinum (de quo cf. Fabric. bibl. Gr. IV p. 435—436 et Jacobs. A. Gr. t. VI p. CXLVIII) pervenerit.

5) cf. Hesych. ἐλλοπίς· εὐόφθαλμος. χαροπή.

Aldina utraque 1495, qua continetur Fistula[1]).

Theocr. id. ap. Egidium Gourmont Paris. Sine anno ed. Celsus Hugo. Haec editio Fistulam plane ita exhibet ut Aldina II.

edit. Iuntina $15^{15}/_{16}$, qua continentur Fistula Alae Securis. Exemplar accepi e biblioth. public. reg. Stuttg.

edit. Zachariae Calliergi 1516. Περὶ τῶν κώλων τῆς σύριγγος. Θεοκρίτου σῦριγξ. Περὶ τοῦ πελέκεως. Θεοκρ. πέλεκυς. Περὶ τοῦ πτερυγίου. Θεοκρ. πτερύγιον. Ara sine inscriptione. Ioannis Pediasimi in Fistulam exegesis in fine libri. Haec editio ea potissimum re commendatur, quod carmina figurata ita exhibentur ut in codice exstabant[2]).

edit. Camerarii 1530. Fistula. Περὶ τοῦ Πελέκεως. Securis. Περὶ τοῦ Πτερυγίου. Θεοκρίτου πτερύγιον. Θεοκρίτου βωμός. Omnia fere ut Call.

Salamandrina 1539. (teste Ahrensio prava editionis Bas. I 1530 repetitio). Fistula valde corrupta. Περὶ τοῦ πελέκεως. Θεοκρίτου πέλεκυς. Περὶ τοῦ πτερυγίου. Θεοκρίτου πτερύγιον. Ara sine titulo, ut ap. Call. in fine libri Pediasimi exegesis.

Bas. II 1541. per Hieronymum Gemusaeum. Περὶ τῶν κώλων τῆς σύριγγος. Fistula ut ap. Call. Περὶ τοῦ πελέκεως. Θεοκρίτου πέλεκυς. Περὶ τοῦ πτερυγίου. Θεοκρ. πτερύγιον. Θεοκρ. βωμός. Pediasim. exeg. omnia ut ap. Call.

Theocr. id. Venetiis ex officina Farrea 1543. Salamandrinae repetitio. Post Pediasimi exegesim σχόλια εἰς τὸν βωμὸν τοῦ θεοκρίτου, quae scholia ex Holoboli commentariis excerpta videntur. Ἄλλως (vitiose ἄλλος) ὁ διὰ τῶν μέτρων οὑτοσὶ βωμὸς κτλ. (ut ap. Steph I).

Brubach. I 1545. Fistula. Περὶ τοῦ πελ. et πέλεκυς Θεοκρίτου. Περὶ τοῦ πτερυγίου. Θεοκρ. πτερύγιον. Θεοκρ. βωμός. fol. 190 Pediasimi exeg. ut ap. Call. Eobani Hessi versio Fistulae, cuius in margine ascriptum: „primus versus myurus est, non hexameter, ut quidam putant“, quae annotatio Camerarii videtur esse.

Brub. II. 1553. omnia ut in editione priore.

Brub. III cum Guilielmi Xylandri annotatiunculis 1558. p. 306 Fistula cum Pedias. interpret. cet. ut ed. II. Not. p. 238 Fistula cum Winshemii interpretatione.

Mor. II. Paris. 1561. Fistula. Securis. Πτερύγιον. Βωμός. Non nihil a Callierg. discedit.

---

[1]) Quod vero Ahrensius (Philolog. 33 p. 591 not. 71) Aldinam I fluxisse e cod. 11 = s affirmat, non cadit in Fistulam, cuius lectiones ab illo codice diversas exhibet Aldina.

[2]) cf. Calliergi verba post Aram: τὸν θεοκρίτου πέλεκυν, τὸ πτερύγιον καὶ τὸ ἑξῆς τὸ ἄνευ ἐπιγραφῆς μὴ ἔχοντες δεύτερον ἀντίγραφον οὐκ ἠδυνήθημεν κάλλιον ἐπιδιορθῶσαι διό μοι καὶ συγγνωστέον. ἓν γὰρ καὶ μόνον τῶν ἀντιγράφων ταῦτα εἶχεν. ἅτινα κάλλιον ἐνομίσαμεν τοῖα οἷα ἦσαν τυπῶσαι ἢ ἐᾶσαι εἰς λήθην κατολισθεῖν.

Steph. I. Poet. Graec. princ. heroici carm. 1566. II. p. 282—286 Fistula; in margine cod. Palatini lectiones; annotatio ad vs. 1. Securis. Ovum. (ut vid. e codice r). Ara. Alae. p. 486 scholia in Aram (ut in Farr.) Annot. p. LII de Fist. vs. 1 et de Arae auctore.

Crisp. 1570. Argum. Syringis. Eobani Hessi versio. Reliqua ut in Steph. II, omissa Pediasimi exegesi. Contuli Berolini.

Steph. II. 1579. Ovum Alae Securis conversa simul et emendate exposita a Claudio Auberio Triuncuriano. Fistula cum enarratione Viti Winshemii. Pediasimi exeges. Ara cum declaratione G. Canteri.

Witeb. 1582. Fistula e recens. Winshemii. Exemplari usus sum bibliothecae urbicae Hannoveranae.

Vign. I. 1584. Continentur technopaegnia ut Steph. II. Accedit p. 213 Eobani Hessi versio Fistulae.

Lips. 1596. Cum expositione grammatica de ore Michaelis Neandri excepta. Fistula p. 129 scatet erroribus. Expositio eius grammatica ex Winshemii enarratione hausta.

Commel. 1596. Ovum Alae Securis Syrinx Ara cum Scaligeri emendationibus. Porfyrii Syrinx et Ara. Exemplar contuli Berolinense.

Heins. 1604. Ovum Alae Securis Fistula Ara ut Steph. II at sine annotationibus. Accedit Ovum a Scaligero emendatum eiusque emendationes ad Ovum Alas Securim Fistulam Aram. — Περὶ τοῦ πτερυγίου. Π. τ. πελέκεως. Π. τῶν κώλων τῆς σύρ. p. 222 ut ap. Call. deinde Pediasimi exeges. —

Recensionis iam fundamenta iacturis primo loco nobis de Fistula agendum est. Huius enim carminis solius continua atque admodum accurata collatio quae exstat Duebneri, Bergkii, Ziegleri (Theocr. edit. III) sedulitati debetur. Tum vero ex Fistulae recensione etiam deficiente codicum manu scriptorum collatione facillime coniecturam facere nobis licebit de reliquis technopaegniis recognoscendis. Zieglerus igitur ad hoc carmen contulit codices Theocriteos b e h l p s; Duebnerus praeter cod. Pal. Parisinos g x y z; Bergkius Palatinum, Ambrosianos f q r, Laurentianos d t v; Vatic. p, Parisin. x z. Duplicem vero Fistulae traditionem esse nos quidem quantum e codicibus ad eam collatis possumus eruere, statuimus meliorem anthologicam (A), deteriorem bucolicam (B), quam omnes Theocriti editiones antiquiores, ut par erat, sequuntur. Illius quidem tenentur partes solo codice Palatino (a); huius vero principatum quin obtineant codices reliquis aetate superiores d e f g, non est dubium. Neque enim calami erroribus exceptis (velut vs. 4 εὐπελιπές s; vs. 12 σιμμιχίδας p, vs. 14 δέταο x) ullam invenimus codicum p r s x y z lectionem quin sive in a, sive in d e f g iam exhibeatur. Hos igitur propugnatores

quasi eligamus atque palmam Palatino attribuendam esse demonstremus. Bergkius enim [1]) codicem Palatinum „quamquam et antiquitate et virtute praestat Theocriteis libris, qui maxima ex parte sunt proletarii“, non tamen illis omnem abrogare fidem affirmat. Quae opinio ea re utitur fundamento quod illis quoque codicibus peculiaria quaedam sint, quae non deceat temere spernere; ita in Simiae Securi versum medium h. e. manubrium desiderari dicit in cod. Pal. Sed hunc versum spurium et interpolatum optimo iure in a non exhiberi infra probaturi sumus, ubi de Securi nobis agendum erit. Codices vero Theocriteos qui per multorum manus transierunt, multo corruptiores quam a, in his carminibus recensendis vix dignos esse qui adhibeantur, docemur ea re, quod codex a genuinas plerumque lectiones nec coniecturis corruptas exhibet. Exempli causa affero versum illum subditivum qui in omnibus codicibus Theocriteis i. e. in tota bucolica traditione neque vero in a Fistulae praemissus est:

σῦριγξ οὔνομ' ἔχεις ἄιδει δέ σε μέτρα σοφίης

(σοφίας e).

Hunc versum iure e carmine eliminavit, id quod iam Fort. Licet. encycl. ad Syr. p. 44 contra Salmasium monuit, Steph. I p. 282 (rectius p. 284): εἶδον δύο παλαιὰ ἀντίγραφα τοῦτον οὐκ ἔχοντα et annot. p. LII ad p. 284: „versum .... exclusi tum quod ita sit ineptus, ut vel hoc uno satis se prodat indicio.“ Alterum ex his exemplaribus codex Palatinus fuit, cuius lectionis varietatem nonnunquam in margine Fistulae notat Steph. I; alterum illius apographon videtur fuisse. Certiora tamen argumenta addidit Salmasius p. 212. Nam cum in Fistula bini semper versus sibi respondeant, hic non habet antitheticum suum neque existimandum est initio carminis ternos pro binis positos esse. Praeterea hic versus est planus, apertus nec ulla caligine obtectus ut ceteri; et si primo versu aperte Fistulae nomen diceretur, deinde vero (vs. 8) sub gripho ἕλκος eiusdem notio iterum lateret, ridiculum id esset et absurdum. Quod denique Salmasius in paenultima verbi σοφίης syllaba producta offendit, non est impedimentum, quominus versum genuinum esse statuamus; eiusmodi enim versus, quem miuron vel teliambon appellabant, veteribus metricis minime erat ignotus [2]). Fortunius vero Licetus, qui Fistulae calamos ternis versibus compositos esse ratus illum versum defendit, propterea scilicet errat, quod bini versus semper idem exhibent metrum; ergo binis artius inter se coniunctis calamus efficitur. Qua opinione reiecta id quoque sequitur, ut versus ille eiciendus sit. Ceterum Salmasius p. 213 non inepte suspicatur eundem huius ficticiae inscriptionis

---

1) A. L.² p. LXXI.

2) cf. Mar. Victor. art. gram. lib. I ap. Keil. gram. Lat. VI p. 67; Terentian. de metris ibid. p. 383 vs. 1929; Athen. XIV p. 632 f.

auctorem esse quem manubrii Securi appositi. Est enim quaedam necessitudo inter utrumque [1]).

Simul haec res quod versus ille in a non exstat, argumento esse potest etiam manubrium Securis in a omissum esse spurium. Vidistis igitur Palatino si non omnium optimam, at certe meliorem exhiberi traditionem.

Difficilius est dictu, utra primi et secundi versus lectio sit praeferenda μάτηρ-τέκεν (a), an μᾶτερ-τέκες (B). Etenim utraque scriptura per se bene se habet. Hanc si praetulerimus, inveniemus clausulam versus 1 melius respondere clausulae versus secundi in trochaeum exeuntis, qui primo par esse debet; deinde eleganter totum poemation ab apostrophe incipere et finire; initio enim Panis mater, infra vero (vs. 13 sq.) Pan ipse compellatur. Altera scriptura firmatur et meliore traditione et ea re quod poemation non in Penelopes honorem sed in Panis laudem compositum huius solius allocutionem melius fert. Sed ab altera causa discrimen repetendum est. Scripturam enim μάτηρ etiam codex e, qui exhibet μήτηρ (μάτηρ s) et scholiasta Dionys. Thrac.[2]) commendant; et τέκεν legitur in cod. p. Ergo — quamquam in tali quaestione leviore omnem varietatem facillime calami lapsu et compendiis exortam aut codices deteriores e codice aliquo, qui ex Palatino erat correctus, descriptos esse statui potest, id tamen tenendum est vel codices adversarios hoc loco a Palatini partibus stare, cuius sane τέκεν nihil valet, quod etiam in Secur. vs. 2 ὤπασεν pro ὤπασ', Ov. vs. 11 ὕπερθ' pro ὕπερθεν exhibet, — Palatini igitur lectionem praeferre nulla re prohiberemur, nisi graviores accederent causae, quibus commoti utramque scripturam improbamus. Neque enim totius carminis sententiam si consideramus facere possumus quin contra codicum auctoritates novam proferamus lectionem. Atque dedicatum esse carmen Pani non solum ex ipso elucet, sed etiam cod. p, qui Θεόκριτος Πανὶ σύριγγα, libri Theocritei qui in sinistra parte θεόκριτος, in dextra πάν exhibent [3]) editiones veteres (Ald. Junt. Call.) recte testantur. Hunc igitur deum inde a versu 14 poeta ipsum alloquitur, hunc laudibus exornat. Quocum male congruit, quod initium Fistulae matri eius dedicari videtur. Poeta profecto Alexandrinus qui dicitur, a quo Fistula composita est, multo elegantius scripsisset. Accedit altera quoque causa. Deest enim quo versus 14 cum priore carminis parte coniungatur, quippe qui abrupte quasi cadit in sententiam, id quod iam Heckerus I

---

1) Consutum omnino esse istum versum docemur epigrammatis ap. Welcker. cycl. epic. I p. 21 ubi verbis μέτρον ἔχῃς σοφίας pentameter finitur; Solonis 13, 52 (Bgk.) ἱμερτῆς σοφίης μέτρον ἐπιστάμενος; Pindari epigr. (Jacobs. A. Gr. I p. 81 VI p. 277):

χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας
Ἡσίοδ' ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

2) Bekker. Anecd. Gr. vol. II p. 734.

3) cf. Bergk. A. L. p. LXXXVI *.

p. 126 scite intellexit. Ergo huius versus cum reliquis coniunctio utique restituenda est et Panem ipsum, non Penelopen matrem, initio compellare debet poeta. Quae cum ita sint, Fistulae initium sic corrigendum esse censeo:

Οὐδενὸς εὐνάτειρα Μακροπτολέμοιο δὲ μάτηρ
Μαίας Ἀντιπέτροιο θοὸν τέκε σ' ἰθυντῆρα

ad quam scripturam scholiasta Dion. Thr. (μάτηρ-τέκες) et cod. e proxime accedunt. Cui scripturae non obstat tertia persona in verbis ἔχε, πᾶξεν, σβέσεν (vs. 5—9). His enim singulae notiones e quibus Pan eruendus est, amplius illustrantur. Sic igitur fere vertendum est carminis initium: „Quae nullius coniunx, tamen Telemachi erat mater, te genuit, illum Amaltheae pastorem, non quem apis nutriverit sed quem Pinus nymphae amor incendit, nomine Ὅλον, duplici natura praeditum, illum Echus amatorem, qui in Syringis honorem compegit fistulam, qui Persas vicit. Huic etiam Theocritus hoc carmen dedicavit." —

Ad versum 2 id quoque mentione dignum est, quod Μαίας, non μαίας, nobis scribendum est, ut difficultas griphi solvendi maior fiat, quod certe auctoris erat consilium; atque id quidem propter vs. 19 Καλλιόπαι, quo loco non musa intellegitur sed vocalis Echo. Vocem autem Καλλιόπαι pro nomine proprio positam esse ex versu 7 Μοίσαι apparet, ubi de Syringe verba fiunt. μαῖα est nutrix idemque nomen Mercurii matri est. Mercurius vero Panem ex Penelopa genuit [1]). Itaque qui Fistulam legit, facile in eum errorem perducitur, ut existimet hoc loco agi de Mercurii matre. Nomen vero proprium Μαῖα et appellativum μαῖα synonyma sunt. Μαῖα Ἀντιπέτροιο, Jovis nutrix, Amalthea est capra [2]). Hoc igitur modo in griphis solvendis procedendum esse ut comprobem, exempli causa affero epigramma A P XIV, 18:

Ἕκτορα τὸν Πριάμου Διομήδης ἔκτανεν ἀνήρ
Αἴας πρὸ Τρώων ἔγχεϊ μαρνάμενον.

(cod. μαρνάμενος); de quo Ehlersius p. 8 disputavit. Coniecit enim μαρνάμενον scribendum esse pro μαρνάμενος, cum nesciret iam a Brunckio idem scriptum esse. Cui Bergkius [3]) assentitur, praesertim cum hoc gripho usus alter poeta A. Plan. III, 29 scripserit: Ἕκτορα τὸν Πριάμοιο ... ὅν ποτε μαρνάμενον Διομ. ἔκτ. ἄ. Αἴας πρὸ Τρώων. Dicitur igitur Achilles Hectorem αἴας i. e. γῆς πρὸ Τρώων pugnantem [4]) interfecisse. Cuius griphi difficultas ut augeatur, non solum Diomedis sed etiam Aiacis nomine ludit auctor. Iure igitur Ehlersius ait p. 10: „ut proprie factus est γρῖφος ad pisces capiendos, sic translate factus erit ad hominum mentes, tanquam

---

[1]) Herod. II, 145.
[2]) cf. Callim. hymn. in Jov. 49.
[3]) poet. lyr. Gr. ed. 4 vol. III p. 667.
[4]) cf. etiam epigr. in Aegypt. invent. Mus. Rhen. 39, 1884 p. 152: Ἕκτωρ ῥυόμενος πάτραν δορί.

pisces, capiendas“, quamquam his verbis certe etymologiam respici non vult. —

In versu 2 Ἀντιπέτροιο praebent cum Palatino et schol. codices x, s, corr. in g, t man. sec., v^2, cum vulgo ἀντιπάτροιο traditum sit. Agitur enim de Jove, cuius loco Saturno patri lapis datus est¹). Alii vero²) ἀντιπάτροιο praetulerunt, quod Jupiter patri adversatus sit; sed haec explicatio ridicula. Ἀντιπέτροιο praeterea Psellus legit³).

Neque minus Fistulae versu 4 codicis Palatini praestantia comprobatur, qui recte exhibet: ἀλλ' οὗ πιλιπὲς κτλ. (ἀπέλιπες vel ἀπέλειπες οὗ αἶθε B.). In gripho πιλιπὲς τέρμα σάκους latet Pinus nympha Pani amata. Margo clipei est ἴτυς; caret igitur iam littera π. Itaque Bergkius cum putaret non ἴτυν sive clipei marginem Panis animum amore accendisse sed Πίτυν, ergo ἴτυν littera πῖ auctam, Panis in deliciis dici debere, coniecit scribendum esse ἀ-πι-λιπές. At non est causa cur anthologica lectio commutetur, dummodo eam recte interpretemur; nam πιλιπὲς τέρμα σάκους significat eam quae sine littera πῖ ἴτυς i. e. clipei margo est; ergo Pityn nympham⁴). Haec est illa „Arcadio pinus amata deo“, quam Propertius I, 18, 20 commemorat. Recte etiam schol. Pal. dicit: ἐλλείπει οὖν αὐτῆι (clipei margini) τὸ π πρὸς τὸ εἶναι πίτυν. Quod vero reliqui codices praebent, coniectura effectum est, quoniam quid πιλιπές sibi vellet, ignorabatur. Itaque Holobolus ἀπέλειπες interpretatus est per ἔτεκες, glossator codicis g τέρμα σάκους per ἔργα τοῦ πολέμου; quin etiam Pediasimus, qui tacito nomine nonnunquam Holobolum impugnat, cavillatur de Bacchi illa in Indos expeditione, cui Pan interfuisse dicitur.

In versu 6, ubi a exhibet ἔχε (ut etiam Steph. I in margine), B ἆθε vel ἄθε⁵) haud dubie aliud quid delitescere Bergkius opinatur. Sed codicis a lectio plane firmatur et metro et Theocriti Thalys. vs. 99: ἔχει πόθον, quod idyllium cum Fistula artissima necessitudine coniunctum esse infra exponetur. Scripturam vero ἆθε utique falsam esse docemur versu 4, ubi iam exstat αἶθε.

Itidem in vs. 6 cum Palatino legendum est ἀνεμώκεος, quamquam ceteri et Palatini scholiasta exhibent ἀνεμώδεος. Ex hac falsa lectione falsa glossatoris Parisini et Pediasimi et Fritzschii Hillerique interpretatio fluxit, cum in nympha Pani amata, quae in verbis τᾶς Μέροπος κούρας γαρυγόνας τᾶς ἀνεμώκεος latet Syringa intellegendam esse censerent et verterent: „qui habuit desiderium

¹) cf. schol. Pal. ἐπειδὴ ἀντ' αὐτοῦ πέτρος ἐδόθη τῶι Κρόνωι.

²) cf. Holoboli et Pediasimi commentarios ap. Duebn. schol. Theocr. p. 110 et 112.

³) stich. politic. vs. 166 Boissonad. Anecd. Graec. vol. III Paris. 1831 p. 208: καὶ τὸν παρὰ τῆι Σύριγγι ἀντίπετρον οὐκ οἶδεν.

⁴) Notanda sane est breviloquentia qua poeta dicit πιλιπὲς τέρμα σάκους pro ἡ πιλιπὴς τέρμα σάκους οὖσα.

⁵) nam εὖθε codicis e corruptum est ex ἆθε eodem modo, quo vs. 4 εὐπελιπές cod. s ex ἀπελιπές.

puellae articulata voce utentis, sonos cientis, ventis huc illuc agitatae". Sed omnia haec epitheta non apta esse nymphae Syringi, inepte autem attribui puellae iam in arundinem conversae Salmasius p. 215 ostendit. Nemo igitur nisi Echo intellegenda est[1]). Nam ubicunque in Fistula enuntiatum relativum incipit, aliquid novum de Pane profertur, qui primo loco dicitur Pinus amator, deinde Echus, tum Syringis, postremo qui Persas ex Europa pepulit. Decem hi versus priores priorem carminis partem complectuntur; altera parte exponitur hanc fistulam i. e. hoc carmen Pani dedicari, quam ob rem deum gaudere et in Echus puellae amatae honorem quidlibet canere, scilicet non hac fistula litteris et verbis composita, iubet poeta. Echo autem in priore carminis parte appellatur γηρυγόνη (sono nata), quod nisi sonus praecessit echo non efficitur, et ἀνεμώκης, quod celeriter sonum echo subsequitur. Ἀνεμώδης vero (ventosus), quod verbum Sophocles in Scyriis[2]) de Scyro usurpat, Plutarchus[3]) de promunturio, ad echo significandam idoneum non est. Atque re vera scribendum esse ἀνεμώκεος apparet e fragmento adespoto ap. Bergk. poet. lyr. Gr. nr. 106: οὐκ εἶδον ἀνεμώκεα κόραν[4]). Echo denique μέροψ nominatur διὰ τὸ μερίζειν τὴν ὄπα vel, ut schol. Pal. explicat, ἀπὸ τοὺ μὴ ὅλην ἀντιφθέγγεσθαι τὴν φωνὴν ἀλλὰ μέρος τὸ τελευταῖον[5]), quocum conferas Apollon. Archib. lexic. p. 111 Bekker. Cramer. Anecd. Ox. I p. 270, 22 ad Iliad. A, 250 Μέροψ. συνώνυμον γίνεται παρὰ τὸ μείρω, τὸ μερίζω· ὁ μεμερισμένην τὴν φωνὴν ἔχων καὶ ἔναρθρον ὡς πρὸς σύγκρισιν τῶν ἄλλων ζώων· ἐπειδὴ ἐὰν εἴπω ἄνθρωπος, μερίζεται εἰς συλλαβάς. Ex Homerica vero interpretatione et glossas et griphos fluxisse infra demonstrabimus. Ceterum melius Μέροπος scribitur, ut dubitatio excitetur utrum hoc gripho Merops an Thessalus an Jason indicetur, atque id quidem memoro propter Dosiad. Ar. vs. 2. Recte igitur scholiasta Palatinus, glossator Iuntinae Lipsiensis, Holobolus, Salmasius Echo intellegunt, quae explicatio traditione anthologica sustinetur.

Difficilius est quid de versu 10 constituendum sit decernere. Palatinus exhibet in fine versus nihil nisi verba Τυρίας τ', B Τυρίας τε vel τ' ἀφείλετο quod metrum respuit. Ad mutilum versum supplendum coniecit Salmasius Τυρίαν τ' ἐρρύσατο, quae coniectura firmatur glossa Εὐρώπην ἐλυτρώσατο, quam Salmasius p. 216 in vetere membrana se invenisse dicit et schol. Pal. καὶ τῆς ἀπωλείας τὴν Εὐρώπην ἐρρύσατο[6]), Bergkius Τυρίαν τ' ἐξείλετο. Sed eis

1) cf. Mosch. VI, 1: ἤρατο Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος. Apul. met. V, 25 in Psych. et Cupid. edit. Jahn. p. 31, 7 AP IX, 825, VI, 87. A. Planud. IV, 153—155; alios praeterea locos affert Wieselerus d. nymph. Echo Gotting. 1844 p. 3 e. q. s.

2) frgm. 496 Dind.

3) de solert. an. X, 10 Moral. p. 967 B.

4) cf. etiam ἀνεμώκης νεφέλη Eurip. Phoen. 163, δῖναι Aristoph. Av. 697.

5) cf. vs. 18 et 19 oxymoron ἔλλοψ et Καλλίοπα similiter explicandum.

6) cf. Iunt. marg. καὶ ἐλευθέρωσε τοὺς Ἕλληνας τῆς δουλίας τῶν Περσῶν.

non licuit Τυρίας quae forma codicum consensu firmatur, in Τυρίαν mutare quamvis facili mutatione. Quod vero libri exhibent ἀφείλετο additum est a librario quodam eo consilio ut versus suppleretur, quare nihil valet. Manendum igitur est in lectione cod. Pal. Τυρίας τ': inde prodire potest supplementum. Pan igitur, qui Graecis contra Persas ad Marathonem subvenit [1]) et contra Gallos Antigono Gonatae, dicitur qui exstinxit virtutem Persae cum Perseo homonymi (ἀνορέαν ἰσαυδέα Παπποφόνου) i. e. Persarum superbiam devicit. Constat vero Persas non solum devictos sed etiam ex Europa expulsos esse [2]). Quae cum ita sint, versum hoc modo supplendum esse censeo

Τυρίας τ' ἐξήλασεν [3]).

Tyria est Europa virgo a Jove rapta. Apud Euripidem Phoen. 639 Cadmus frater illius appellatur Τύριος; Ovidius met. II, 845 virgines Tyrias Europae comites esse dicit [4]). Fritzschius sec. Jacobsii in schol. Pal. coniecturam existimat Europam propterea Tyriam nominari, quod Tyro a Jove abducta sit, quamquam vulgo Sidone rapta esse fertur [5]); scholiis enim Palatinis recte dicitur: τὴν δὲ Εὐρώπην Τυρίαν εἶπεν ἐπειδὴ ἡ Εὐρώπη ὑπὸ Διὸς ἁρπασθεῖσα ἐκείνη ἦν (sic cod.). Jacobsius scripsit ἐκεῖθεν, oblitus scholion esse Byzantinum, debuit saltem cum Holobolo, qui illo scholio usus est, ἐκεῖ scribere [6]). Multo autem simplicius Europam breviter Tyriam esse dictam pro Phoenissa, ut Omphalen vs. 14 Saettam i. e. Lyden, statuimus.

Quod vs. 13 Palatinus falso exhibet ἀεί, quod nec metro nec sententia toleratur cum Panem non semper gaudere iubeat poeta, sed quia hanc Fistulam accepit, non impedit, quominus Palatino palmam tribuamus; nam lectio bucolica ὦ levissima coniectura prodiit. Ita non solum Jacobsius (ed. 2 vol. 4 p. 821) sec. schol. Pal. e coniectura scripsit, Bergkius e libris se restituisse gloriatur, sed etiam omnes antiquiores editiones (Ald. Junt. Call.) exhibent. Quae lectio utrum genuina sit necne, prorsus ignoramus; potest potius aliud quidlibet conici. Iure igitur Heckerus I p. 126 versum correxisse videtur: ψυχὰν ἇι i. e. σύριγγι-χαρείς [7]), quam coniecturam scholiasta etiam Palatinus videtur comprobare [8]). Quod deinde protulit Heckerus ψυχὰν ὥι, pronomen ad proximum πᾶμα

---

1) Herod. VI, 105; A. Plan. IV, 232 epigr. Simonid.

2) cf AP VI, 50 Simonid.: Πέρσας ἐξελάσαντες Bergk. PLGr. [4] nr. 140.

3) sententiam apte reddidit Holobolus, qui verbum ἀφείλετο interpretari conatur: ἐξέβαλεν ἐκείνην, ἀνορέαν scil., τῆς Εὐρώπης δηλονότι.

4) Falsa igitur est Pediasimi interpretatio Τυρίας ἤγουν Εὐρώπης μετωνυμικῶς· ἐν γὰρ τῆι Τύρωι τῆι Εὐρώπηι ὁ Ζεὺς ἐμίγη, quod in Creta factum esse Hesiodus et Bacchylides narraverant (cf. schol. Il. M 292).

5) cf. schol. Il. B 494.

6) Holob.: ἐπεὶ ἐκεῖ ἦν ὑπὸ Διὸς ἁρπασθεῖσα.

7) ad positionem pronominis relativi cf. Theocr. Messor. vs. 17: ἔχεις πάλαι ὧν ἐπεθύμεις.

8) τῆι σύριγγι, ὦ Πάν, τὴν ψυχὴν χαίροις.

referens, displicet, cum pronomen masculinum per totum carmen ad Panem solum pertineat; tum certe τῶι „proinde" scribendum esset. Immo codicis Pal. ἀεί eodem errore prodiit ex A I i. e. ἆι, quo in Dosiadae Ara (vs. 15) codicis Pal. ἀεὶ λινεῦντ' ex αἰλινεῦντ'. Praeferenda igitur scriptura ψυχὰν ἆι βροτοβάμων λαρνακόγυιε χαρείς. Nam sicut pronomen ὅς (vs. 5) ad proxima neutrius generis verba Ὅλον et δίζων, in quibus notio Panis, Amaltheae pastoris, latet, referendum est, ita femininum ἆι (vs. 13) ad notionem Fistulae, quae a poeta deo dedicatur ut τυφλοφόρων ἐρατὸν πᾶμα, cuius verum nomen et genus iam e versu 7 apparuit.

In versu 16 Palat. exhibet χαιρεις a priore manu, cuius lectiones superscriptae plurimi sunt aestimandae [1]); Salmasius qui vulgatam bucolicorum et codicum et editionum sequitur scripturam, χάροις; Heckerus et olim Bergkius rectius χαρείς. Proximi enim versus verbo μελίζοις facile potuit illud homoeoteleuton χάροις et μελίζοις effici; participium vero χαρείς requiritur, quod in versu 17 particula desideratur, qua cum versu 16 coniungatur. Scriptor igitur codicis Palatini ut suis coniecturis Fistulam corrumperet, tantum afuit, ut contra id quod in archetypo scriptum esse persuasum habebat, summa fide depingeret et quod legere omnino non potuit, omittere mallet. Quam ob rem non dubito Palatini lectionem πυρισμαράγου v. 8 praeferre, quamquam ceterorum πυρισφαράγου nititur versu Homerico [2]):

σφαραγεῦντο δέ ϝοι πυρὶ ῥίζαι.

Versu 14 de Omphale Pani amata verba fieri solus Licetus p. 86 negat, qui Syringa intellegit. Nam cum a Fauno, non a Pane, Omphalen amatam esse diceret [3]), ignorabat Panem apud Graecos, apud Romanos poetas Faunum eundem legi [4]).

Ultimo loco eam quoque rem non praetermittam, quod in vs. 12 cod. Pal. exhibet σιμαχίδας cum η super priore α: σιμηχίδας autem nihil est nisi σιμιχίδας. Quod vero σιμηχίδας in σιμαχίδας mutatum est, eodem modo explicandum est quo in Dosiadae Ara (vs. 2) δίσαβος pro δίσηβος. Etenim sequiores grammatici regulam δωρίζεν δ' ἔξεστι δοκῶ τοῖς Δωριέεσσι [5]) nimis anxie secuti quocunque poterant loco Doricum ut opinabantur, reposuerunt πλατειασμόν. Maior vero bucolicorum codicum pars hoc loco falsam tradit formam Σιμμιχίδας, de qua alio loco pluribus disputabimus. — Codicum igitur stemma, ut brevi praecidam, hoc fere est. Ex archetypo bucolicorum pendent codicis Palatini lectiones. Codices vero

---

[1]) cf. vs. 12 Σιμηχίδας. Al. vs. 1 βαθυστέρνου vs. 9 καλοῦμαι. Secur. vs. 1 κρατερᾶς pro κρατίστας. Ov. vs. 18 ἐκλιπών.

[2]) Od. ι 390.

[3]) cf. Ovid. fast. II, 310.

[4]) cf. Horat. edid. Kiessling 1884 part. I p. 66 ad carm. I, 17, 1 et III, 18, 1.

[5]) Theocr. Adoniaz. 93.

bucolici, deterioris generis optimi, d e f g descripti sunt ex libro aliquo deperdito (B), qui et ipse ex archetypo descriptus erat. Hoc apographum aut coniecturis et additamentis librariorum corruptum aut tam neglegenter erat factum, ut codicum deteriorum scriptores, cum corrigere studerent, corrumperent. Qui libri antiquioris Palatini lectionibus et scholiis byzantinis longe superantur, in quibus recensionis Theocriteae a Theone et Nicanore Coo institutae vestigia remansisse suspicor. Eos enim non solum ad Theocriti Thalysia sed etiam ad Fistulam commentarios scripsisse probabile est propter intimam utriusque carminis atque scholiorum et utrique et reliquis idylliis appositorum necessitudinem[1]). Iniuria autem V. Rose[2]) figurata carmina negat ante saecula XIV et XV e codice aliquo anthologiae Palatino simili „uno primoque fonte" Theocriteis addita esse, praesertim cum in codicibus saeculi XIII figurata exstent carmina.

Satis igitur apparuisse puto codicis Palatini praestantiam, si quidem Fistulam solam respeximus; eundem codicem omnium optimum et dignissimum esse cuius habeamus rationem cum ceterorum quoque carminum figuratorum tum maxime Ovi recensione docebimur. Antiquiores vero editiones fere nihil nos iuvant; dependent enim e traditione bucolica, tum e Calliergiana et Iuntina in Fistulae, Alarum, Securis, Arae recensione posteriores omnes, etsi nonnihil sive e libris sive coniectura emendare studuerunt. Quibus rebus praemissis ab obscurissimo nunc ad simplicissimum carmen transeamus, etiamsi Theocriteorum codicum collatione non adiuvamur. Nam quas exhibeant lectiones, ex editionibus facile nos posse consequi spero.

Alae igitur Amoris quod carmen praeter Auberium Auratus et Soverus Latine converterunt[3]), paucis tantum locis graviorem corruptelam in se videntur recepisse. Nam versus 2—4 a Salmasio optime correctos esse, qui vs. 2 scripsit βέβριθα λάχναι (a: βεβριθότα λαγνᾶι); vs. 3 ἔχραιν' (ἔχριν' a.); vs. 4 sec. schol. πάντα δὲ γᾶς εἶχε φραδαῖσι (πάντα δ' ἐκτάσει καὶ φραδέσι a), concedendum est. Sed quomodo intellegatur versus 5

πάντα δὲ γὰς εἶχε φραδαῖσι λυγραῖς
ἑρπετά, πάνθ' ὅσ' ἕρπει
δι' αἴθρας.

dici non potest. Amor igitur narrat se tum natum esse cum imperaret dira Necessitas omniaque tristibus eius consiliis parerent; tum vero summum imperium se adeptum esse; itaque sibi cessisse terram, mare, caelum (vs. 11). — His enim antea imperaverat

1) cf. schol. Nicanoris, qui ὑπομνηματίζων Coas res solas respexit, ad Thalys. vs. 21 de Theocriti patre et schol. Pal. ad Fist. vs. 12; schol. Thalys. 83 et Palat. ad Fist. vs. 3 de Comata; schol. ad Daphn. vs. 3 et 123 et ad Fist. vs. 2 et 15 de Panis origine.

2) Anacreont. p. V.

3) vid. Licet. encycl. Patav. 1640 p. 7—11.

Necessitas[1]). Ergo πάντα γᾶς ἑρπετά pertinere ad terrae animalia, verba autem πάνθ' ὅσ' ἕρπει nihil nisi glossam ad illa appositam esse, qua genuina lectio supressa est, apparet. Quid enim repit per aëra? Ubi praeterea maris fit mentio? Suspicor versum Homericum[2])

πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει

Simiae animo obversatum esse, quare illum locum sic fere emendo

πάντα δὲ γᾶς εἶχε φραδαῖσι λυγραῖς
ἑρπέθ' ἁλός θ' ἅ τε πνεῖ
δι' αἴθρας.

Ita si scribimus id saltem efficitur, ut versus 4—8 et vs. 11 rursus inter se respondeant. Recte post verba δι' αἴθρας interpunxit Bergkius, quod stropha absoluta commodius integra sententia absolvitur. Eadem causa permotus recte scripsit Χάους δέ pro tradito Χάους τε. Sequuntur versus

οὔτι γε Κύπριδος παῖς
ὠκυπέτας δ' ἀέριος καλεῦμαι.

Hic igitur Amor se Chao prognatum esse dicit, se non esse Cypridis filium; neque enim vi sed persuasione se imperare. Quid vero sibi velit ὠκυπέτας δ' ἀέριος perspici non potest. Etenim etiam Cypridis filius est „pinnis volitans"[3]). Deest igitur discrimen inter utrumque Amorem. Loco ut medelam ferret, iam Salmasius p. 194 proposuerat αἰθέριος pro ἀέριος scribendum esse. Hic igitur esset Orphicus Amor, qui ex ovo ab Aethere fecundato evolavit aureis alis sustentus cf. Aristoph. Av. 695

τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν,
ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός,
στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις[4]).

Quare Amor bene potuit Aetheris filius a Simia nominari. At tum non intellegitur qui dici possit Amorem propterea aetherium esse, quod non vi sed persuasione gerat imperium. Praeterea Chao se natum esse supra iam affirmaverat Amor. Quae cum ita sint alteram emendationem praeferendam esse censeo, quae non solum librorum auctoritate aliquatenus confirmatur[5]), sed etiam omnes vitat difficultates. Wilamowitzius enim legendum esse censuit

ὠκυπέτας οὐδ' Ἄρεος καλεῦμαι.

„Chao vero natus sum, non ille Veneris et Martis filius celeriter volans. Neque enim vi et armis, id quod de Martis filio statui

---

1) cf. usum verborum εἴκω et κραίνω utrique loco vs. 4 et 11, 3 et 10 communem.

2) P 447, σ 131. cf. Athen. X. p. 456 b; Anthol. Pal. XIV, 64; Sonntag Zur unterhaltung für freunde der alten litteratur. Riga 1790 I, p. 38.

3) cf. Apulei epigr. met. IV, 33 vs. 5 de Amore:
qui pinnis volitans super aethera cuncta fatigat
flammaque et ferro singula debilitat.

4) cetera de hoc ap. Odofr. Müller. hist. litt. Graec. [4] 1882 I p. 393.

5) cf. Bergk. A. L. LXXX. ὠκυπέτας δ' ἄρεος exhibet editio Calliergiana.

potest, sed clementi persuasione impero". Quo animo Cypridis sit filius docemur Simonidis versibus [1])

σχέτλιε παῖ, δολόμητις Ἀφροδίτα
τὸν Ἄρει κακομαχάνωι τέκεν [2]).

Hoc vero carmine laudatur Amor antiquior barbatus Chao natus [3]).

Versus 10 et 11 ita ut Bergkius eos constituit, bene correctos esse nemo non concedet. Nam vs. 11 cum schol. Pal. et Auberio scribendum esse θαλάσσας τε μυχοί pro vulgata lectione μυχός (a bis exhibet μυχός, bis μυχοί) inde apparet quod hoc loco Amori non intimum mare, id enim est θαλάσσας μυχός, sed omnes maris partes parere dicuntur. Atque re vera Simiam hoc exprimere voluisse declaratur eius fragmento ab Hephaestione [4]) nobis asservato

κυμοκτύπων ἦραν' ἁλίων μυχῶν [5]).

Vs. 12 pro codicis Pal. ἐγών et ἔκραινον Salmasius p. 197 iure scripsit ἐγώ, quod metro, et ἔκρινον, quod sententia postulatur [6]).

In Securi altero Simiae technopaegnio emendatione vix opus est. Salmasius enim hoc poemation satis integrum sec. cod. Pal. emendatum iam edidit; nisi quod vs. 6 cum Iuntina κρανᾶν scribendum est (κρηναν ἴθαρὰν super ἴθ positis litteris κα: a). Ad vocem δυσκλής cf. Lobeck. Pathol. Gr. d. I p. 242. In eodem versu notandum est bucolicam traditionem, quantum quidem ex editionum consensu colligi potest, exhibere καθαρόν pro ἰθαρὰν [7]). Sed Simiam praetulisse rariorem vocem ex toto poeseos genere elucet. Editiones Theocriteae a Camerario usque ad Stephanum exhibent Calliergianam recensionem [8]).

Iam accedamus ad eam quaestionem utrum Securis manubrium sit necessarium necne. Bergkius enim codices perscrutatus cuiusdam versus intermortui memoriam redintegravit, ne Securi deesset manubrium. Itaque contra Salmasium, qui ineptum illum versum primus e carmine eiecit, eum defendit, sicut antea iam Fortunius Licetus [9]), qui refutatione indignus est. Ac primum quidem Salmasius p. 206 sec. schol. in Arist. Equit. 849 [10]) annotavit veteres ea quae dis dedicabantur mutilasse, ne in usum hominum converti

---

1) Bgk. PL⁴ vol. III p. 409 fr. 43.

2) ita Bergkius pro δολομηχάνωι scripsit cf. Il. I, 257 κακομήχανος ἔρις.

3) cf. Hesiod. Theog. 120 Wilamow. Antig. Caryst p. 69.

4) p. 83 Gaisf. ed. 2.

5) θαλάσσης μυχοί ap. Lycophr. ed. Scheer vs. 44 et 823; praeterea cf. vs. 1244 πάντ' ἐρευνήσας μυχὸν ἁλός τε καὶ γῆς; Eurip. Herc. 400 ποντίας θ' ἁλὸς μυχούς. Aeschyl. Prom. 434. Pindar. Pyth. VI, 12.

6) cf. Il. Π, 387 σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας.

7) cf. Hesych. s. v. ἰθαραῖς· ἱλαραῖς καλαῖς καθαραῖς ἢ κούφαις. γλυκείαις ταχείαις.

8) Quod in editionibus Cam. Sal. Mor. II. Brub. vs. 12 legitur πινές pro πνεῖ, non est mirum; nam scriptura editionis Call. πνέει eas habet litterarum formas, ut facile illud inde legi potuerit.

9) encycl. ad Secur. Bonon. 1637 cap. VII p. 44 et 45.

10) Duebn. p. 65: ἀνετίθεσαν δὲ τὰ ἐκ τῶν πολέμων ὅπλα ἄνευ τῶν ὀχάνων, ἵνα μὴ ἑτοίμως ἔχωσιν αὐτοῖς χρῆσθαι.

possent; ergo de hac Securi manubrium exemptum esse; contra quae Bergkius eam religionem non cadere in hoc technopaegnion dixerat, quamquam hoc quoque Minervae est dedicatum. Monuit vero me Wilamowitzius anathemata quae vel ad nostra tempora asservata vel in monumentis ab artificibus efficta sunt, consulto mutilata non esse. Haec igitur causa tota concidit[1]). At omnino manubrium securis pars maxime necessaria et propria non est, nam πέλεκυς complectitur re vera nihil nisi duas pennas, quare a Latinis bipennis appellatur. Itaque iam antiquissimis temporibus πέλεκυς dicitur bipennis, quae manubrio carebat[2]), manubrium vero est πέλεκκον N 612, ubi a securi ipsa accurate discernitur. Praeterea carminis versus totidem sunt quot Alarum atque plane eidem. Hoc autem neque sine auctoris consilio factum videtur esse neque credibile est hanc concinnitatem quae est inter utrumque carmen, uno versu, qui ne metrum quidem idem exhibet quod reliqui, perturbari. Denique argumentum et sententia carminis plane sunt integra neque quidquam est quod in carmine desideremus. Iam vero, id quod maximum est, versus ille quem Bergkius in locum manubrii substitui vult et eget altero versu ex aequo posito, cum ceterorum unusquisque antithetico non careat, nec legitur in codice Palatino neque in r; nec scholiastae nec Holobolo erat notus; meministis autem eum quoque versum qui in codicibus deterioribus Fistulae praemittitur, qui quin sit subditicius minime dubium est, non legi in Palatino. Ille igitur versus in codice Barberino Bergkio teste sic scriptus exstat: τᾶς (superscr. τὸν) βίνων κλυτὸς εἶσε θεοῖς ὡς εὗρε ῥόδου γεγαὼς ὁ πολύτροπα μοῦνος μέτρα μολπῆς. Ceterum contra Bergkium moneo in editione Brub. III hunc versum ita legi ut in Calliergiana. Frustra eum Brodaeus (VII, 24) et Auberius corrigere conati sunt, de quo Salmasius p. 205: „piget pudetque ineptiarum.“ Sec. Licetum[3]) Βίνων est Simias, ut ad Sinonis nomen aliquam habeat rationem, et Ῥοδοῖ γεγαώς „Rhodi cum esset.“ Quod vero Bergkius existimat Simiam numerorum μεταβολῇ usum in choriamborum locum dactylos substituisse, contra dicendum est propter hanc ipsam metri mutationem, praesertim cum pleraque eius versus verba ex Ovi versu 20 sumpta sint, id quod iam Salmasius notavit, verisimile esse illum versum non a Simia confectum esse. Quin etiam Bergkii supplemento Ἑρμείας τόδ' ἔδειξε κτλ. sententiarum nexus quo ut hic versus coniungatur cum reliquis, requiritur, plane turbatur. Quid enim Mercurii mentio sibi vult in carmine Minervae dedicato? Praetera ipsius versus membra non tam arte inter se cohaerent, ut bonam praebeant sententiam. Iam vero valde dubitandum est, num Simias tam superbis verbis gloriatus sit se solum artis rhythmicae peritum esse. Neque id iure

1) cf. et. Licet. p. 56.
2) cf. Iliad. Ψ, 850. Od. τ 573 sq.
3) p. 48 et 150.

potuit, quoniam carminis metrum semper idem manet. Quamobrem ea quoque quae Bergkius hoc versu efficere studet Simiam illis verbis Ovum suum respicere, „ut appareat illud poema paulo ante Securim compositum fuisse“, caduca sunt. Simias certe si in altero utro carmine arte metrica gloriatus esset, id in eo fecisset quod posterius composuit, quod maiorem metri varietatem prae se fert. Hoc vero totum cadit in Ovum. — Accedit quod verba scholiastae Hephaestion. p. 58 G.[2] nihil conferunt ad illum versum Simiae vindicandum. Quae Bergkius e codicum varietate hoc modo compilavit: σύγγραμμα ὁ Πέλεκυς. ἐπειδὴ κατὰ μίμησιν πελέκυος συντέθεικε μακρὰν ἑκατέρωθεν θεὶς καὶ ἐν τῶι μέσωι, ratus vulgatam lectionem σ. ὁ Πέλεκυς. ἐπεὶ κατὰ μίμησιν πελέκυος συντέθειται· μακρὰν γὰρ ἑκατέρωθεν τέθεικεν a correctore profectam esse, qui non iam repererit hunc versum in suo Securis exemplo. At veri multo similius est verba καὶ ἐν τῶι μέσωι a correctore, qui in aliquo carminis exemplo bucolico manubrium subditicium viderat, addita esse. Usque eo autem non progrediar ut affirmem eundem qui manubrium confecerit, illud quoque scholion interpolasse Quare cavendum nobis est ne Securis intermortuum manubrium iterum ab inferis excitemus. — Ad carminis vs. 3 interpretationem commemoro Troiam a Simia non propter Palladium sacram appellari, id quod Licetus p. 133 opinatur, sed quia iam apud Homerum hoc epitheton invenerat [1]).

Simiae technopaegniorum de quibus egimus recensio cum paucas admodum praebeat difficultates, Ovi recensio, cui me imparem esse profiteor, omnium difficillima est non solum quod sententiarum nexum persequi vix possumus sed etiam propter metrorum varietates; praeterea codice Palatino pessime traditum est carmen. Editiones antiquiores non possunt in censum venire, cum ante Salmasium non perspectum sit, quo ordine Ovi versus legendi essent; idem cadit in Josephi Scaligeri coniecturas, qui in carmine emendando multum ac frustra sudavit. Nec magis adiuvamur codice r, in quo singuli versus plane pro librarii arbitrio dirempti exstant [2]). Totius carminis sententia obiter adumbrata haec fere est. „Benigno animo accipe hoc lusciniae Doricae Ovum, nec enim sine magno labore compositum est. Mercurius id in publicum protulit, qui singulos versus a monometro usque ad decametrum crescentes fecit. Veloci pede de caelo descendens poemation edidit, tam celeriter cola mutans et varians quam hinnulei quos bestia persequitur.“ — Eiusdem igitur generis Ovi argumentum est cuius Alarum et Securis. Certam enim rem sibi propositam ita tractavit auctor variis coloribus exornatam et distinctam, ut non solum sententia verum etiam forma carminis ei responderet. In hoc autem technopaegnio accedit metrorum variatio qua Simias maxima usus licentia lectores cruciat.

---

1) cf. Il. Δ 46, 165; Z 448 Ϝίλιος ἱρή. Od. α 2 Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον.
2) cf. Bgk. A. L. p. LXXVI.

Certe enim numeros versuum a monometro ad decametrum progredi ex poetae ipsius verbis (vs. 9) apparet. At tantum abest, ut certum servet rhythmum ut contra ab alio versuum genere ad aliud transiliat. Inde exsistit recensionis difficultas, quae ea tantum re levatur quod bini semper versus inter se pares sunt. Sed videamus singula. Initium carminis quod glossematis remotis in a sic exstat: κωτίλας | ἄτριον | ματέρος | δωρίας | τῇ τόδ' ὠὸν νέον | ἁγνᾶς ἀηδόνος. Bergkius hoc modo constituit — iusto tamen versuum ordine, quo facilius omnia perspiciantur, semper utar — κωτίλας | ἄτριον | τῇ τόδ' ὠιὸν νέον | ματέρος Δωρίας. Recte enim cognovit[1]) denos in utraque Ovi parte versus esse debere, cui rei bini monometri, qui figurae propositae infesti supra et infra vulgo leguntur, obstant. Existimavit vero ἀηδόνος quod in codice est non ab ipso poeta sed ab interprete profectum esse. Scholiasta tamen identidem hoc vocabulum testificatur: παραινεῖ ὁ ποιητὴς τὸν ἀκροατὴν λαβεῖν τῆς Δωρίδος ἀηδόνος τὸ ὠιὸν μετὰ πολλῆς προθυμίας· ἡδεῖα γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ τῆς Δωρίδος ἀηδόνος .... τοῦτο τὸ ὠιὸν ὁ ποιητής φησιν ἐξ ἀηδόνος γενέσθαι καὶ τῆς ἑαυτοῦ φροντίδος .... οὕτω φησὶ σκιρτήσαντα τὸν Ἑρμῆν εὐρύθμοις σκιρτήμασι μέτρα ἀναφθεγξάμενον παραδοῦναι τῆς Δωρίας ἀηδόνος. τοῦτο δέ φησιν ὅτι Ῥόδιος αὐτός[2]). Vix igitur credibile est hanc vocem in Ovo glossema esse, cum in carmine ovi praesertim figura praedito proximum sit, ut nomen etiam avis, cuius ovum dicitur, praetermissum non esse censeamus. Quae vero verba initio abicienda sint e proximis versibus a nobis sic emendatis apparet

πρόφρων δὲ θυμῶι δέξο· δὴ γὰρ ἁγνᾶς
λίγειά νιν κάμ' ἶφι ματρὸς ὠδίς,

unde ἁγνᾶς et ματρός in carminis initium irrepserunt. Quamobrem Ovi initium sic emendandum videtur: κωτίλας | ἄτριον | ἀδόνος Δωρίας | τῇ τόδ' ὠιὸν νέον aut simplicius cum Wilamowitzio: κωτίλας | ματέρος | τῇ τόδ' ἄτριον νέον | Δωρίας ἀηδόνος ita ut glossa ὠιόν ad ἄτριον apposita eliminetur. Quod vero in a carmen inscribitur ὠιὸν χελιδόνος aut calami errore ex ἀηδόνος videtur factum esse ut saepissime[3]) aut a glossatore propterea additum est quod epitheton κωτίλας garrulae hirundini magis convenire videbatur, ut λίγεια magis lusciniae[4]). Omnino autem codicis Palatini inscriptio nihil valet quoniam ea Besantino cuidam Ovum tribuit. Lusciniam Doricam poeta ipse se nominat, quare de vera luscinia cogitandum non est. Itaque Hephaestio περὶ ποιημάτων cap. III et IX[5]) recte exhibet Σιμίου ὠιόν. Hoc igitur Ovum nec lusciniae nec hirundinis est — nobis

---

1) p. LXXVII.

2) Ad usum vocis ἀηδών cf. Salmas. p. 162. Eurip. Palamed. fr. 8 Dind. poet. scen. Valcken. diatr. p. 190 ἀηδόνα Μουσᾶν. A Lycophrone vs. 653 Sirenes lusciniae appellantur, a Nosside in epigrammate AP VII, 414 Rhinton vocatur Μουσάων ὀλίγη τις ἀηδονίς.

3) cf. Meinek. bucol. ed 3 p. 439 *.

4) cf. Soph. Oed. Col. 671. Aristoph. Av. 1381.

5) Gaisf.[2] p. 124 et 134.

quidem κακοῦ κόρακος κακὸν ὠιόν[1]) — sed Simiae Ovum est carmen ovi figura compositum. Similiter in Fistula anathema quod Pani offert auctor, non iusta est fistula sed carmen ipsum[2]) neque in Ara altera ara quaedam in honorem Musarum exstructa respicitur sed carmen a poeta Musarum deliciis in arae formam redactum[3]).

Proximi versus 5 et 6 in a sic sunt traditi:

πρόφρων δὲ θυμῶι δέξο· δεῖ γὰρ ἁγνᾶ
λίγειά μιν καμφίματρος ὠδίς

Pro δεῖ iam Steph. I cum cod. r edidit δή; ἁγνᾶ est ἁγνᾶς. Salmasius deinde ex καμφίματρος fecit κάμ' ἀμφὶ ματρός, quam scripturam vulgo sequuntur. Construendum esse κάμ' ἀμφί μιν Boissonadius annotat. Sed quid hoc est „laborabat de ovo puerperae dolor?" Immo dicendum erat hoc ovum cum dolore confectum esse; id vero est Graece ὠδίς μιν ἔκαμεν[4]). Pro μιν scribo νιν, quod haec technopaegnia Dorica dialecto conscripta sunt[5]). Porro desidero iustam causam cur nostram benevolentiam captare studeat poeta. Num quod tantopere in componendo carmine desudaverit? Necesse vero est ut aliqua saltem re hoc Ovum commendetur. Scribo igitur pro καμφίματρος ὠδίς facillima emendatione κάμ' ἶφι ματρὸς ὠδίς, quod vere Graece dictum esse confido[6]). Nam ὠδὶς ματρὸς ἔκαμεν idem est quod μάτηρ ἔτεκεν ὠδίνουσα.

Sequuntur versus

τὸ μὲν θεῶν ἐριβόας Ἑρμᾶς ἔκιξε κᾶρυξ
φῦλ' ἐς βροτῶν ὑπὸ φίλας ἑλὼν πετροις ματρος

Verbum ἔκιξε nullo pacto potest defendi. Nam Hesychii glossae s. v. ἀπέκιξαν et κίξατο, quae ad Aristoph. Acharn. vs. 869 videntur pertinere, scatent insania cum sibi contradicant. Probanda igitur videbatur Bergkii mutatio ἔδειξε[7]). Cum vero hoc verbum non bene coniungatur cum proximis φῦλ' ἐς βροτῶν; nam δεικνύναι vel δείκνυσθαι εἴς τινα est digitum intendere ad aliquem, tum simul φῦλ'ἐς in φύλοις mutandum est. Quare adhuc praefero Wilamowitzii emendationem: Ερμᾶς κόμιζε κᾶρυξ φῦλ' ἐς βροτῶν.

Versus decimi extrema pars in a legitur ἰχνίων κόσμιος νέμοντο ῥυθμωι (cum ο super μ); in r: κόσμον νέμοντα ῥυθμόν. Reliquorum coniecturae cum variis de causis displiceant, legendum mihi videtur aut ἰχνίων κόσμον νόμον τε ῥυθμῶν i. e. pedum ordinem et

---

1) Meinek. buc. p 465.
2) cf. codd. Laurent. inscriptionem Duebn. schol. Theocr. p. 169 οὐκ εἰ ξυλίνη ἀλλὰ διὰ στίχων, qui versus Holoboli est.
3) cf. Salmas. p. 130 et 162.
4) cf. Il. B 101. Od. ο 105 saep.
5) cf. Dosiad. Ar. 13.
6) cf. nomina propria Ἰφιγένεια cet. et Euphorionis fragm. Cram. A. O. II p. 450, 30. Et. Magn. p. 480, 17 Meinek. Anal. Alex. nr. LXI p. 103 de Iphigenia

οὕνεκα δή μιν
ἶφι βιησαμένωι Ἑλένη ὑπεγείνατο Θησεῖ.

7) cf. Eurip. Troad. 798 ἵν' ἐλαίας πρῶτον ἔδειξε κλάδον γλαυκᾶς Ἀθάνα.

numerum rhythmo constringens aut κόσμον νέμων τε ῥυθμόν pedum ordinem et rhythmum distribuens [1]). Etiam in versu 11 non minus corrupto codice non genuina praebetur lectio: θοῶς δ'ὕπερθ' ὠκὺ λέχριον φέρω νεῦμα πολλω πίφαυσκε, quam ex parte corrigere possumus e scholiastae verbis: τὸ δὲ λέχριος (lege: λέχριον) φέρων νεῦμα ποδῶν σποράδην ὅτι πλάγιον καὶ ἀσαφὲς τὸ ποίημα. Bergkius pro νεῦμα maluit νῆμα; sed utrumque vocabulum de pedum sive corporis sive versus motu et progressu usurpari vix potest. Quare mihi quidem multo aptius pro νεῦμα legendum videtur ἅλμα ποδῶν, quo carminis modo huc modo illuc transilientis variatio indicetur, cf. schol. ἀλληγορεῖ δὲ παρεικάζων τὴν τῶν ποδῶν ὁρμὴν τοῦ θεοῦ νεβροῖς αἳ σκιρτῶσι τῆς μητρὸς τοῦ γάλακτος ἐπιθυμοῦσαι. Hanc scilicet notionem e tragicis deprompsit Simias [2]). Totum igitur versum qui hexameter debet esse, sic scribo

θοῶς δ' ὕπερθεν ὠκὺ λέχριον φέρων ἅλμα ποδῶν σποράδην πίφαυσκεν.

Constat igitur trimetro iambico, dimetro dactylico, monometro trochaico.

In proximo versu, qui illi respondet, nonnihil deest. Neque enim declaratur, cui tandem Mercurius Musarum voces maxime varias, tamen canoras quales in hoc poemate edunt, enuntiaverit (πίφαυσκεν), nec pedum numerus plenus est. Supra vero (vs. 8) mortalibus ovum attulisse dicitur Mercurius. Hoc igitur inserendum est, ut versus ita legatur:

ἴχνει θενὼν βροτοῖσι τὰν παναίολον Πιερίδων μονόδουπον αὐδάν [3]).

Proximi versus 13 et 14, qui sicut a Bergkio exhibentur nulla difficultate laborant eundem habent metri exitum quem versus 11 et 12.

Versum 15, qui octo metra requirit, duobus verbis transpositis sic formavi:

παλιγκραίπνοισιν ἄκρων ὑπὲρ ἱέμεναι ποσὶ λόφων κατ' ἀρθμίας
ἴχνος τιθήνας

(a: παλαικραιπνοῖς, corr. Brunck., et ὑπὲρ ἄκρων) i. e. celerrime pedibus retro conversis [4]) summa super cacumina carae nutricis vestigia persequi festinantes. Poeta igitur simile, semel arreptum, amplius deducit. Sed hinnuleis non contentus etiam oves inducit.

Initium versus 16 a sic exhibet

βλαχαὶ δ' οιων πολυβότων ἀνορέων

quae verba metri causa hoc modo corrigo βλαχαὶ δ'οἰῶν ἔτι πουλυβότων ἀν'δρων [5]); proximorum emendatio νομὸν ἔβαν τανυσφύρων

[1]) Arridet etiam Wilamowitzii coniectura: ἴχνη κοσμίως νέμοντα ῥυθμῶν, praesertim cum in versu nono, cui hic respondet, traditum πάροιθ' sine dubio sit corruptum.

[2]) cf. Eurip. Electr. 439 τὸν τᾶς Θέτιδος κοῦφον ἅλμα ποδῶν 'Αχιλῆ, unde Lycophro 245 Achillem vocat ἅλμα λαιψηροῦ ποδός.

[3]) Verba ἴχνει θενών (pede percutiens) similiter sunt dicta atque ap. Horat. sat. I, 10, 43: Polio regum facta canit pede ter percusso.

[4]) cf. Lobeck. Pathol. I p. 211.

[5]) οἰῶν praefero propter Hom. Od. μ 266 οἰῶν τε βληχήν.

τ'ἀν' ἄντρα Νυμφᾶν (ἐς ἄντρα Wilamow.; fortasse rectius) Salmasio et Bergkio debetur.

Versus 17 tam corruptus ut vix emendari possit vulgo sic legitur: καί τις ὠμόθυμος ἀμφίπαλτον αἶψ' αὐδὰν θὴρ ἐν κόλπωι δεξάμενος θαλάμων πουκωτάτων, at a exhibet πουκότατον. Versus proximus exit in verba μαιόμενος βαλιᾶς ἑλεῖν τέκος. Pro θαλάμων malo scribi θαλαμᾶν, quae vox de bestiarum cubilibus usurpatur. Deinde quin verum viderit Wilamowitzius non dubito; proposuit enim pro πουκότατον scribendum esse μυχοιτάτωι [1]), quae vox Simia glossographo dignissima est.

Versus 19 a Bergkio p. LXXIX recte videtur ita restitutus esse: καὶ τᾶσδ' ὦκα βοᾶς ἀκοὰν μεθέπων ὅγ' ἄφαρ λάσιον νιφοβόλων ἀν' ὀρέων ἔσσυται ἄγκος (καὶ τάδ' ὦκα βοᾶς-ἄφαρ ὅγε-ἔσσυτ' ἀνάγκαις a.) Cui ut ultimus respondeat versus, hunc sic constituo

ταῖσιν δὴ κλυτὸς ἶσα θεὸς ταχιναῖσι θοοῖς δονέων ποσὶ πολύπλοκα μεθίει μέτρα μολπᾶς.

(a: ταῖς δὴ δαίμων κλυταῖς ἴσα θεοῖς ποσὶ δονέων πολύπλοκα μεθίει μέτρα μολπαῖς).

Vocem δαίμων quae glossa videtur esse ascripta ad θεός et metrum vitiat, proscripsi, nisi praestat ταῖς δαίμων κλυτὸς ἶσα [νεβροῖς ταχιναῖσι] θοοῖς δονέων ποσί. Particulam δή, quam aegre hic desideraveris, non legit ille manubrii falsarius. Versum sic verto: his igitur velocibus (hinnuleis) similiter clarus deus (Mercurius) celeri cum pedum (scil. versus) motu multiplicia carminis metra emisit. Adiectivum ταχινός inserui postulante versu [2]). Quod vero in uno atque eodem carmine [3]) vox ἴσος modo corripitur modo producitur, non est mirum, siquidem Theocritus in Bucoliastis [4]) idem in uno versu: ἶσον κάτω ἶσον ἄνωθεν commisit. Apud eundem prior vocis ἴσος syllaba paene eliditur in carmine Aeolico III, 18 [5]).

Simiae Ovum imitatus quodam modo videtur esse Publilius

[1]) cf. Odyss. φ, 146.

[2]) cf. Alex. Aetol. Apoll. vs. 11 (Bgk. A. L. p. 139) Ἀνθεὺς Ἑρμείηι ταχινῶι φίλος.

[3]) vs. 13 et 20.

[4]) VIII, 19 et 22.

[5]) hic versus sic emendandus est: τῶι μὲν γὰρ βίος ἕρπει ἴσα γοναῖς ταῖς ἐλάφω θόας (cf. Alcaei frg. 55, 2 κωλύει αἴδως, leg. κωλύει 'δως; Sapph. 1, 11). Ceterum Theocriti, qui Alcaeum imitatus est, carmina Aeolica strophis quaternorum versuum composita sunt (nam Alcaeum his strophis non abstinuisse declaratur Horatii imitatoris carmine I, 18 = Alc. 44. Sapphus una saltem stropha quaternorum versuum integra atque eodem metro composita exstare videtur frgm. 68 Bgk. PL Gr.). Theocriti carmen Aeolicum III complectitur 32 versus (octo strophas); alterum 40 (decem strophas); primum 24 versus (sex strophas); nam huius carminis versus quartus plane corruptus plane supervacuus, forma pessimus nec ulla probabilitatis specie emendandus interpolatoris est; versus quintus statim versum tertium excipit; de Venere ἐν καλάμοις antiquitus hetaeris celebrata, quae non Mileti sed in insula Samo erat cf. Alex. Sam. ap. Athen. XIII p. 572 f., apud Theocritum vero Minerva, non Venus carmine celebratur; fluxit interpolatio e Thalys. vs. 116.

Optatianus Porfyrius Organo suo [1]); conferendi sunt versus Organi 5—6, 10—13, 18—19 cum Ovi versibus 9—10, 12.

Simiae igitur technopaegniis absolutis de utraque Ara agendum nobis est. Ac Dosiadae quidem Ara duodeviginti versibus constat in arae formam compositis. Eius initium in a sic exhibetur:

εἰμ ἄρσενος μεστῆτας
πόσις Μέροψ δίσαβος
τεῦξ' οὐ σποδεύνας ἶνις ἐμπούσσας μόρος
Τεύκροιο βοῦτα καὶ κυνὸς τεκνώματος
Χρυσᾶς αἴτας αμος εψανδρα
τὸν γυόχαλκον οὖνον ἔρραισεν

Hinc igitur proficiscendum nobis est. Verbis Τεύκροιο βοῦτα (leg. βούτα) καὶ κυνὸς τεκνώματος neminem nisi Paridem pastorem Troianum et canis (i. e. Hecubae) filium significari posse apparet. Hecuba enim propterea canis vocatur, quod Troia capta in canem mutatur [2]). In Homericis carminibus nullum Empusae vestigium detegi potest; hunc igitur griphum non e glossis epicis sed comicis repetivit auctor [3]). Quis vero est Paridis μόρος? Paridem a Philoctete interfectum esse constat, sed de hoc nondum agitur, quippe cuius facinus vs. 10 commemoretur. Recte igitur perspexit Salmasius p. 149 Achillem a Paride interfectum hic dici. Qui praeterea σποδεύνας ἶνις Ἐμπούσας vocatur ex Lycophronis verbis vs. 177:

Πελασγικὸν Τυφῶνα γεννᾶται πατήρ
ἀφ' ἑπτὰ παίδων φεψάλωι σποδουμένων
μόνον φλέγουσαν ἐξαλύξαντα σποδόν

quem locum iam schol. Farr. et Holobolus, cuius commentarium ad explicandam Aram adhibuit Is. Vossius e libris Leidensibus, edidit Valckenarius diatr. p. 130, attulerunt [4]). — Thetis Achillis mater Empusa dicitur, quod Empusa in varias formas se com-

---

1) ed. L. Müller. p. 61 et 22, XX b.

2) cf. Ovid. met XIII, 405.

Priameia coniunx
perdidit infelix hominis post omnia formam
externasque novo latratu terruit auras

Lycophr. 315 σκύλαξ = Hecuba. Agatharchid. ap. Phot. bibl. 443 a 23. Falso igitur scholiasta (in ed. Farr. et Steph. I p. 486) dicit de Hecuba: ἥ τις κύων ὠνόμασται καὶ χοιρίλις διὰ τὸ τῶν παίδων οὓς ἔτεκε πλῆθος.

3) cf. Harpocrat. lexic. s. v. Ἔμπουσα: πλήρης δὲ τοῦ ὀνόματος ἡ κωμωιδία.

4) e Lycophrone eiusque commentatoribus hanc fabulam repetiverunt auctor Apollod. bibl. 3, 13, 6 p. 116 Hercher.: ὡς δὲ ἐγέννησε Θέτις ἐκ Πηλέως βρέφος, ἀθάνατον θέλουσα ποιῆσαι τοῦτο, κρύφα Πηλέως εἰς πῦρ ἐγκρύβουσα τῆς νυκτὸς ἔφθειρεν ὃ ἦν αὐτῶι θνητὸν πατρώιον, schol. Venet. A ad Π, 37: Θέτις καταναγκασθεῖσα ὑπὸ Διὸς Πηλεῖ γαμηθῆναι, τὰ γεννώμενα παιδία εἰς πῦρ ἔβαλλε νομίζουσα τὰς θνητὰς τῶι πυρὶ σάρκας καταφλέξειν τὸ δὲ ἀθάνατον διαφυλάξειν, οὕτως ἓξ παῖδας διέφθειρεν. ἕβδομον δὲ γενόμενον Ἀχιλλέα ὁμοίως εἰς τὸ πῦρ ἔβαλλεν κτλ. ἡ ἱστορία παρὰ Λυκόφρονι. Ptolemaeus Chennus apud Photium bibl. p. 152 a 1: ὡς Θέτις τοὺς ἐκ Πηλέως αὐτῆι γινομένους παῖδας πυρὶ λαθραίωι κατηνάλου ἓξ γεγονότας, ὧς δὲ καὶ Ἀχιλλέα ἐπεχείρησε, γνοὺς Πηλεὺς ἐξείλετο. cf. schol. Apoll. IV, 816.

mutat[1]); idem vero in Thetidem cadit[2]), ergo griphus conficitur Θέτις = Ἔμπουσα. Achilles igitur aram non exstruxisse dicitur, sed ἄρσενος στήτας πόσις Μέροψ, δίσαβος. Quae sit ἄρσην στήτα elucet e vs. 5, ubi eadem ἐψάνδρα (cf. Lobeck Paralip. p. 212 et 213), pro qua voce reliqui libri falso εὖσ' ἄνδρα exhibent, virorum coctrix scil. Medea nominatur. Vel inde cognoscimus in hac Ara de Argonautarum expeditione verba fieri. Medeae igitur maritus est Jason, qui est Μέροψ = Cous = Thessalus[3]), „siquidem Merops oriundo vere Thessalus fuit (eius enim pater Triopas e Thessalia Coum migravit); Jason autem Thessalus". Salmas. p. 145. Ceterum Philetas Cous has res exposuisse videtur[4]), cuius glossa μέροψ a Stratone comico apud Athenaeum IX p. 382c ludibrio habetur. Nam quod idem Salmasius aliique verba μέροψ δίσαβος coniuncta interpretati sunt: homo bis iuvenis, propterea probandum non est, quod singula verba e quibus coniciendum est de quo agatur, per se aemignata vel griphi sunt. Jason igitur dicitur Medeae maritus, Thessalus, bis iuvenis, ut in Fistula Pan βροτοβάμων, Omphales amator, κλωποπάτωρ, ἀπάτωρ, λαρνακόγυιος. Jason deinde vocatur δίσηβος i. e. ὁ δὶς ἡβήσας. Haec enim verbi forma, non δίσαβος, sola ferri potest; nam Dosiadam Cretensem ita locutum esse docemur titulo Gortynio[5]) VII, 41 ἡβίονσαν, VII, 53 ἡβίονσα, IX, 46 ἡβίοντες (= ἡβάουσαν cet.). Δίσηβος est bis iuvenis quod Jason a Medea recoctus esse dicitur, id quod vulgo[6]) de Aesone factum narratur. De Jasone id retulerant Pherecydes et Simonides[7]). Dosiadas vero id hauserat ex Lycophronis Alexandra[8]). Videamus iam quomodo primus Arae versus restituendus sit. Optime Medea per oxymoron (ut Fist. vs. 18. 19. Echo ἔλλοψ et καλλιόπα) dicitur ἄρσην στήτα, virago vel mascula mulier; quae notio per se aptissima est. Quam ob rem nec ἡμάρσενος Salmasio et Bergkio, nec εἱμάρσενος Vossio scribere licuit, cum utraque forma falso composita sit. Etenim pro illa ἡμιάρσενος requiritur et in altera, quam interpretantur „virili veste indutae", vox ἄρσην prius compositionis membrum esse debuit. Joannis Tzetzae, qui[9]) exhibet εἱμάρσενος. nemo sana mente praeditus habebit rationem. Id vero tenendum est traditum esse εἶμ' ἄρσενος, quod vulgo per εἰμί explicabatur; hoc autem absurdum. Ad quod proxime secundum rationem palaeographicam accedit εὖτ';

---

1) cf. Aristoph. Ran. 290. Bekker. Anecd. Gr. I p. 249, 27 Ἔμπουσα φάσμα ἐστὶ τῶν ὑπὸ τῆς Ἑκάτης πεμπομένων εἰς πολλὰς ἀλλασσόμενον μορφάς.
2) Apollod. bibl. 3, 13, 5.
3) ita schol. et Holob. cf. Hesych. s. v. μέροπες· λέγονται δὲ καὶ οἱ Κῷοι Μέροπες et s. v. Θεσσάλαι· αἱ Κῷαι παρὰ Φιλητᾶι καὶ αἱ φαρμακίδες.
4) cf. Hesych. s. v. Θεσσάλαι.
5) mitt. d. arch. inst. IX, 1884 tab. XXI. Mus. Rhen. 1885 suppl.
6) Ovid. met. VII, 261.
7) locos collegit Sturz. Pherecyd. frgm. XXXXV ed. 2 p. 171.
8) vs. 1315 Jason λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας.
9) exeg. in Il. p. 68, 11—18.

sed hoc si praetulerimus, simul vs. 5 coniunctio ἅμος mutanda nobis est in τᾶμος. Optatianus Porfyrius[1]), quem alterius Arae argumentum imitatum esse primo obtutu apparet, arae formam deprompsit a Dosiada. Nam cum alterius Arae caput ternis versibus constet, Dosiadae et Porfyrii Arae capita binis versibus composita sunt; omnino Dosiadae et Porfyrii Arae forma inter se similiores sunt. Et quoniam Porfyrius[2]) Theocriti Fistulae formam imitatus est, argumentum enim propter griphos non videtur perspexisse, apparet non minus Dosiadae Aram illi notam fuisse. Prima Arae Porfyrianae verba sunt

vides ut ara stem dicata Pythio.

Etiam Apollinis nomen ex Dosiadae Ara repetiverat; opinabatur enim, non aliter atque Salmasius p. 150, verbis Χρυσᾶς αἴτας ex Il. A 37 Apollinem significari. De quibus non minus erravit Vossius qui Chrysae (i. e. Chryseidos) amasium Achillem esse statuit oblitus hunc fuisse Bresseidos amasium. Canterus sane, qui scripturam χρυσοῦς αἴτας comprobavit, in his verbis latere Achillem flavum, aureum amasium, opinabatur. Iure igitur emendavit Valckenarius Χρύσας δ' αἴτας, cum Iasonem Minervae Chrysae amasium intellegeret[3]). His rebus omnibus diligenter respectis non iam dubium esse potest, quin Arae Dosiadae initium hac ratione sit corrigendum:

ἣν ἄρσενός με στήτας
πόσις Μέροψ δίσηβος
τεῦξ' οὐ σπονδεύνας ἶνις Ἐμπούσας μόρος
Τεύκροιο βούτα καὶ κυνὸς τεχνώματος
Χρύσας δ' αἴτας ἅμος ἐψάνδρα
τὸν γυιόχαλκον οὖρον ἔρραισεν,

i. e. en, me viraginis coniunx Thessalus bis iuvenis exstruxit, non Achilles cinericius Empusae filius a Paride bubulco Troiano et filio Hecubae canis occisus, sed Iason Minervae amatus, cum Medea aeneum Talon contunderet. Ad ἤν cf. Aristoph. Plut. 75. Equit. 26 Theocr. Comiss. 10. AP VII, 56. Medea duos habuit maritos Thessalos, Iasonem in Thessalia, qui hîc Arae exstructor dicitur, et Achillem in insulis beatorúm, quem ab illo discerni vult Dosiadas[4]). Ita recte iam ille scholiasta locum explicavit. Ceterum non plane eodem tempore quo Medea Talon prostravit[5]) ara ab Iasone exstructa esse dicitur, sed in universum Argonautarum expeditionis tempora indicantur; nam cum Medea in Creta illud

1) XXVI p. 67 Müll.

2) XXVII p. 68.

3) De Minerva Chryse, cui Jason aram exstruxisse dicitur cf. argum. Sophocl. Philoct. vs. 1. Philostrat. iun. imag. fin. Valckenar. diatr. p. 126 cum Dion. Chrysost. or. LIX ibid. p. 123 vs. 65. O. Müller. Hdb. d. archaeol. §. 371, 8. Gerhard. arch. Ztg. 1845 nr. 35 tab. XXXV 1—3 et p. 161.

4) cf. Lycophr. 798, a quo Medea Ἀχιλλέως δάμαρ nominatur.

5) Apollon. Argon. IV, 1686.

facinus perageret, Iason aderat. Sec. schol. Apoll. IV, 156, 1153 saep. etiam Antimachus in Lyde res a Iasone et Medea gestas illustraverat; sed hic quem Homero operam dedisse constat, num (ex Il. A, 6) Medeam στήταν vocaverit pro certo affirmare vix ausim. At eius amica bene potuit vocari στήτα Σάεττα i. e. Lyde. Idem tauros illos Ἡφαιστοτεύκτους memoraverat [1]) ut in Ara Talon Vulcanus fabricatus esse dicitur. Aeneum enim custodem (vs. 6) Talon esse, qui ab Apollonio Naucratita [2]) δέμας καὶ γυῖα χάλκεος, Europae οὖρος nominatur [3]), Vossius primus ex Holobolo cognovit. Verbum γυιόχαλκος falso formatum est pro χαλκόγυιος. Hoc verbo Fistulae auctor postea usus est ad griphum multo difficiliorem λαρνακόγυιος formandum.

Vs. 8 cod. Pal. exhibet μόρησε ματρόριπτος id quod de Vulcano dicitur qui Talon fabricatus erat. Genuinam lectionem μόγησε = ἔκαμε servavit cod. f. — Pro Palatini ἀεὶ λινεῦντ' (vs. 15) Heckeri coniecturam αἰλινεῦντ' probandam esse quivis concedet. Quod verbum etsi nusquam exstat, recte formatum aptissimum est ad Philoctetae dolores clamoresque significandos, praesertim cum fabulae de Lino traditae temporibus Dosiadae in omnium ore fuerint. Theocritus Linum in Heraclisco [4]) commemorat; Callimachus, Philochorus [5]), Clearchus idem qui de griphis scripserat, de Lino plura narraverant [6]).

Reliqua in Dosiadae Ara corrigenda sunt e codice Palatino, quem levioribus calami corruptelis in Arae traditione non vacare concedendum est; sed quod in reliquis codicibus aliter atque in a exstat (velut Χρυσοῦς vs. 5 — ἄιξεν pro θώυξεν vs. 12), coniecturis debetur. Ad versum 14 σύργαστρος ἐκδὺς γῆρας. cf. Reines. Var. Lect. III, 4 p. 398. Idem p. 79 existimat vs. 18 voce τρίπορθος non indicari numerum expugnationum sed cladis magnitudinem (ut τρισκακοδαίμων = κακοδαιμονέστατος), sed illius explicationi obstant Lycophronis versus 69—71. — Cum Bergkio vs. 17 ἰλοραιστᾶν scribendum est. Ex Ilo enim conditore urbs deleta nomen acceperat [7]).

Atque ut breviter indicem quid de technopaegniorum traditione facili opera concludi possit, ineunte saeculo quarto post Chr. n. carmina figurata (e bucolicorum editione simul cum scholiis sumpta, excepta altera Ara) iam in unum corpusculum erant redacta, quod posterius in epigrammatum anthologiam receptum est. Nam cum Optatianus certe Fistulam et utramque Aram coniunctim editas noverit, fieri non potest, ut illum his carminibus

---

1) schol. Apoll. III, 409.
2) Argon. IV, 1636—1644.
3) cf. etiam Agatharch. Cnid. Phot. bibl. 443 b. 22.
4) vs. 103.
5) schol. Venet. Σ, 570.
6) cf. Knaack. Anal. Alex.-Rom. diss. Gryph. 1880 p. 14 et p. 28 not. 40.
7) cf. Pindar. Nem. VII, 30.

in bucolicorum editione usum esse statuamus; altera enim Ara, quae aetate multo erat inferior quam Fistula et Dosiadae Ara, omnino quantum equidem perspicio in bucolicorum editione non exstabat[1]). De scholiis quae ad Dosiadae Aram exhibentur, monendum est ea quae Valckenarius et Bergkius ut Manuelis Holoboli ediderunt, quibus Vossius usus est, excerpta ac paene ad verbum descripta esse ex eis scholiis melioribus et plenioribus, quae edit. Farr. et Steph. I sine auctoris nomine exhibent. Quae praeterea scholia omnium deterrima (σχόλια εἰς τὸν βωμὸν τοῦ Θεοκρίτου) exhibet edit. Farr., ea item ex melioribus, quibus Dosiadas Arae auctor indicatur, excerpta sunt[2]). Holobolo ipsi haec scholia tribuenda non sunt; eadem enim ratio inter eius scholia et illa intercedit, quae inter scholia Palatina ad Fistulam et Holoboli quae dicuntur scholia in cod. Paris. (x), quae cum Palatinis contaminata sunt; et Holobolus nomen suum initio addere solet atque iure Valckenarius p. 129 ab illo ex antiqua membrana veteri scholia descripta esse suspicatus est, cum eum obscurissima carmina probabiliter adeo interpretari potuisse credibile non sit. Ceterum Man. Holobolus (ut in Fistula) nusquam dicit, unde commentarios hauserit; at melior scholiasta confitetur se vetustiore commentatore usum esse (ἐκ παλαιοῦ τινος λαβόντες τὰς ἀφορμάς). Apud eundem Hesiodus, Sophocles, Philostratus semel, Lycophro bis nominatur; Homericum ἐτώσιον ἄχθος (Σ 104) sine auctoris nomine affertur. Holobolus in Creta fuisse Philocteten dicit, alter scholiasta recte in insula Lemno.

De altera Ara[3]) pauca tantum quae ad eius recensionem pertineant, praemonenda sunt, quod ea lectio, quam Duebnerus in anthologia Palatina et Bergkius in anthologia lyrica exhibent, in universum recta videtur esse. Accedit quod hoc carmen iustis griphis instructum non est sicut Fistula et Dosiadae Ara, quamquam vocibus rarissimis non caret[4]). E Bergkii coniecturis tres ὑποφοινίῃσι vs. 3 (pro ὑπὸ φοινίῃσι a. cf. ὑποπορφύροισι Anacreont. 16, 30 ed. Rose p. 19) Ναξίῃς vs. 4 (Ναξίας a) Ὑμηττιάδων vs. 21 (Ὑμηττιαδᾶν a) probandae videntur. Haesito utrum vs. 2 cum cod. a κάχλην an cum Bergkio κάχλῃς an κάχλῃ (κάλχῃ Brunck.) scribendum sit. Est enim κάχλη planta quaedam alioquin βούφθαλ-

---

[1]) in codicem o aram e codice a vel simili illatam esse et in codicem f eius formam delineatam, cum ipsum poema paucis vs. 21 et 22 verbis exceptis ascriptum non sit (cf. Bergk. progr. Hal. 4 mai. 1867 p. 7), primo obtutu apparet.

[2]) cf. etiam Rose Anacreont. p. XIV not. 15.

[3]) AP. XV, 25.

[4]) ad ὀλός cf. Hesych. ὀλός· τὸ μέλαν τῆς σηπίας; idem λιβρόν explicat per σκοτεινόν, μέλαν, δίυγρον. ἢ λιβρὸν σέλας; ad μαύλιες cf. schol. Nic. Ther. 706 μαυλίδι· μαχαίραι. Hesych.: μαῦλις· μάχαιρα. καὶ ἡ μισθωτὸν ποιοῦσα; ad θοούμεναι eiusdem glossas: θοῶσαι· ὀξῦναι. θοωθείς· παροξυνθείς. τεθοωμένον· ὠξυμμένον. καὶ ἐθόωσα ὤξυνα. θοόν· ὀξύ. Melius haec apud scholiastam Palat. illustrantur.

μον nominata. Tertium quod dicitur comparationis in rubro colore et plantae et arae sanguine aspersae positum est. Cruor autem humidus neque a planta ipsa proficiscitur neque cachla aram tingit; quare nec κάχλης nec κάχλη hic dici potest. Si igitur facere non possumus quin traditam lectionem κάχλην retineamus, eiusmodi dictio per comparationem quasi compendiariam explicanda est. Fingit enim auctor cachlam eodem rubore tinctam esse quo aram, ut vertendum sit: non cruor victimarum me tingit ut cachlam purpureo latice rubor.

In versu septimo quem emendare plurimi frustra conati sunt, μήτε χρυσοῦ Boissonadius scribit „donec ex bono codice vel certa divinatione exhibeatur nomen aliquod aenigmaticum ἀντὶ τοῦ χρυσοῦ.“ Exstat in a locus sic traditus:

ἐς γὰρ βωμὸν ὁρῇς με μήτε ταγχούρου
πλίνθοις μήτ' Ἀλύβης παγέντα βώλοις

(μήτ' ἀχούρου o.), cuius loci sententia debet esse: Aram me aspicis nec auro nec argento exstructam[1]). Quod verbis Ἀλύβης βώλοις argentum significatur neque mirum est neque haec dicendi ratio aenigmatica est vocanda. Homerus enim ex Alybe argentum redire B 857 ἐξ Ἀλύβης ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη iam dixerat[2]). Hic igitur simplex erat τρόπος, non γρῖφος, cum nemo Alybes lateribus argentum significari nesciret. Scholiasta Palatinus, non Holobolus ut La Crozius[3]) opinabatur deceptus Vossii verbis, quae ad Dosiadae Aram pertinent, ad hunc versum annotavit: τάγχουρος γὰρ ὁ χρυσός· ἡ λέξις Περσική. Itaque Salmasii coniecturam τάγχρου (p. 134) Relandius (p. 247) et P. de Lagarde, qui aethiopicas, arabicas, afghanicas confert voces[4]) praetulerunt. Ad ingentem coniecturarum, quae in hunc locum editae sunt, numerum addo μήτε Τμώλου, quod neminem adhuc proposuisse miror; de Tmolo enim Pactolus Chrysorrhoas „Lydius aurifer amnis“[5]) profluit,[6]) et μήτε Γύγεω[7]). Bergkius proposuit: μήτε γλούρου[8]); hoc ad traditam saltem lectionem proxime accedit.

Versus 20 et proximi apud Bergkium p. 518 sic leguntur:

θύοις τ' ἐπισπένδοις τέ μοι
Ὑμηττιάδων πολὺ λαροτέρην
σπονδὴν ἄδδην· ἴθι δὴ θαρσέων
ἐς ἐμὴν τεῦξιν

---

1) cf. schol. Pal.: οὐ γὰρ ὁρᾷς με οὔτε χρυσοῦν οὔτε ἀργυροῦν.

2) cf. et. Euphorion. κελέβη Ἀλυβηίς = ἀργυρᾶ, Steph. Byz. s v. Ἀλύβη, schol. Theocr. Ambros. ad Pharmaceutrias 2. Meinek. Anal. Alex. nr. VI.

3) in lexico Armenico manuscripto ap P. de Lagarde reliqu. iur. eccl. Gr. p. X et in thesauro epistol. tom. III p. 257.

4) rell. p. X. cf. eiusdem commentat. collect. Lips. 1866 cap. IV p. 227.

5) Tibull. III, 3, 29.

6) cf. Lycophr. 272: Πακτώλιος μύδρος, Eurip. Bacch. 154.

7) cf. Archiloch. fr. 25 Bergk.: οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει et Anacreontic. 7 Bgk.: οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω.

8) cf. Hesych. γλούρεα· χρύσεα. Φρύγες. γλουρός· χρυσός. χλουνός· χρυσός.

(ἄδην· a, ἄδδην o et s. Boisson pro vulgata lectione σπονδήν· ἄδην ἴθι scrips. σπονδήν· ἄδην = ἥδην, ἡδέως ἴθι). Sed quamquam nec formam ἄδδην satis firmari nec loci sententia hoc adverbium requiri cuivis elucet, id tamen Bergkio concedi velim a verbis ἴθι δή novum enuntiatum incipere. Quid vero ex Boissonadii coniectura verba ἄδην ἴθι — ut formae offensionem silentio praeteream — sibi velint cum θαρσέων coniuncta [1]) plane me fugit. Quos versus ut intellegamus atque id quod auctoris consilio requiritur restituamus, nexus sententiarum paulo diligentius nobis respiciendus est. Revocemus tantum in animum quae initio carminis tam graviter dicta sint. Ara enim loquitur nec cruore victimarum se tingi nec thure nigram fieri et cultros sacros pecoribus parcere. Neque enim ab Apolline (vs. 9) sed a Gratiis et Musis se exstructam esse. Proinde poeta libamen Hymettio melle dulcius sibi faciat. Sacrificia vero quae victimarum sanguine non redundant, casta et sancta, θύματα ἁγνά appellantur [2]). Quare cum haec Musarum Ara sanguinem victimarum se aspernari declaraverit, libamina, quae poeta eis oblaturus est, et ipsa ἁγνά esse debent. Quid igitur loci sententia aliud requiritur quam ut hoc verbum vs. 22 restituamus. Legendum enim est

θύοις τ' ἐπισπένδοις τέ μοι
Ὑμηττιάδων πολὺ λαροτέρην
σπονδὴν ἁγνήν.

Hac emendatione etiam metro satis fit. Singulorum autem verborum positio in hac Ara pendet ab acrostichide Ὀλύμπιε πολλοῖς ἔτεσι θύσειας. Quo factum est ut vs. 10 e. q. sq. scriberetur λαβοῦσα μηκάδων κέρα | λισσαῖσιν ἀμφὶ δειράσιν | ὅσαι νέμονται Κυνθίαις pro ὅσαι νέμονται Κυνθίαις | λισσαῖσιν ἀμφὶ δειράσιν. Itaque eo quoque loco de quo modo egimus Musa pedestris certe locuta esset: ἐπισπένδοις μοι σπονδὴν ἁγνὴν Ὑμηττιάδων πολὺ λαροτέραν οὖσαν.

Bergkius praeterea in voce γηγενής vs. 15 offendit. Novem enim Musae (εἰνάς) Iovis et Mnemosynes filiae dicuntur; at hoc loco auctor eas confudit cum antiquioribus Musis Coeli et Terrae filiabus. Quare Οὐρανοῦ ἔκγονοι non sunt Musae illae antiquiores, id quod Bergkius vult, sed Gratiae, quae vulgo Iovis et Eurynomes filiae feruntur [3]). Recte igitur scholiasta Palatinus interpretatur σὺν Οὐρανοῦ γὰρ ἐκγόνοις· ταῖς Χάρισιν. Εἰνὰς δὲ γηγενής· αἱ Μοῦσαι· θυγατέρες γὰρ αὗται τῆς Γῆς. Quod Bergkius coniecit πληγενής [4]),

---

1) „libenter accede forti animo ad me"; ἐς ἐμὴν τεῦξιν = εἰς ἐμέ, ut Dosiad. Ar. vs. 9: ἐμὸν δὲ τεῦγμ' ἀθρήσας.

2) cf. Sophocl. Trach. 287. Plat. Legg. VI, 782 c θύματα οὐκ ἦν τοῖς θεοῖς ζῷα, πελανοὶ δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα. Lobeck. Aglaoph. p. 246. Xenoph Conviv. 8, 9. Ages. 11, 2 ἁγνὰ ἱερά. Eurip. Suppl. 33 μένων πρὸς ἁγναῖς ἐσχάραις δυοῖν θεοῖν.

3) cf. Salmas. p. 136.

4) sec. Hesych. πληγενεῖς οἱ μὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὄντες πατρὸς ἢ μητρὸς ἀδελφοί. „novem enim Musae apte poterant sorores priorum Musarum vocari, quamvis neque pater neque mater communis fuerit" Bgk. p. LXXXIX.

probari non potest. Nam πληγενεῖς sunt ii qui aut non eundem habent patrem — matrem tamen communem — aut non eandem matrem, tum vero patrem communem. Antiquiores vero et recentiores Musae nec ex eadem matre nec eodem patre sunt natae. Scholiastae Palatini verba ad Arae vs. 16 quae apud Boissonadium corrupta sunt, ante Sternbachium[1]) iam Brunckius[2]) recte legerat. Argumentum huius Arae imitatus est Optatianus Porfyrius (XXVI), cuius Ara stat „fabre polita vatis arte musica"[3]). Atque ut Graeca Ara dicit sanguine victimarum se non aspergi, ita Latina loquitur vs. 7:

non caute dura me polivit artifex
excisa non sum rupe montis albidi
Lunae nitente nec Pari de vertice.

His igitur verbis in utraque Ara clare indicatur omnino non de iusta ara, id quod Scaliger ad Aram Graecam opinabatur, verba fieri sed de carmine in arae formam redacto.

Satis iam multa de carminum recensione prolata esse cum existimem, fine huius partis, ut omnia breviter complectar, dico redeundum esse potissimum ad codicem Palatinum i. e. anthologicam traditionem, non ad bucolicam, quamquam in hac quoque rarissima archetypi vestigia remansisse prorsus negare non ausim. —

Quoniam expositum est quomodo technopaegnia recensenda sint, nunc ad alterum commentationis locum transeamus, quo quaeritur, quae inter singula carmina intercedat ratio. Primus igitur omnium quorum technopaegnia usque ad nostram aetatem asservata sunt, oculis nostris proponitur Simias Rhodius, Alarum Securis Ovi auctor. Cui haec omnia tribuenda esse vix erit qui neget postquam Bergkius p. LXXIII accuratius id demonstravit. Hephaestio enim ea Simiae esse testatur cap. IX περὶ χοριαμβικοῦ[4]): ψεύδεται δέ (scil. Philicus)· πρὸ γὰρ αὐτοῦ Σιμίας ὁ Ῥόδιος ἐχρήσατο ἔν τε τῶι Πελέκει .... κἂν ταῖς Πτέρυξιν, unde simul apparet falsam esse inscriptionem Πτερύγιον, quam etiam scholiasta Pal. legit. Solus Fortunius Licetus[5]) falsam defendere inscriptionem contra Salmasium ausus est his somniis: „dextra Ala significat amatum, sinistra vero amantem .... et quoniam verax amicitia mutua est, ideo uterque amicorum simul est amans et amatus, unde duae Amoris Alae sunt una Ala, sapienter igitur Simmias hoc suo poematio titulum praefixit non Amoris Alae sed Amoris Alula". De Ovo haec memoriae tradidit Hephaestio, Gaisf. ^{2} p. 124: ταύτης δὲ τῆς ἰδέας ἐστὶ τὸ Ὠιὸν τοῦ Σιμίου καὶ ἄλλα παίγνια et p. 134: παρὰ δὲ Σιμίαι τῶι Ῥοδίωι ἐστὶν οὕτω πεποιημένα ἐν τῶι ἐπιγραφο-

1) Melet. Gr. I p. 160.
2) Anal. vol. III p. 42.
3) cf. et. vs. 19: me metra pangunt de Camenarum modis | mutato numquam numero dumtaxat pedum.
4) Gaisf. ed. 2 Lips. 1832 p. 58—59.
5) encycl. ad Alas Patavii 1640 p. 50 et 62.

μένωι Ὠιῶι. Cum his congruit index anthologiae Palatinae Πτέρυγες Σιμμίου, lemma cod. f Σιμμίου Ῥοδίου Πέλεκυς, cod. r τοῦ αὐτοῦ Σιμμίου Ῥοδίου ᾠόν praecedente Securi. Is. Tzetzes περὶ Πινδαρικῶν μέτρων [1]) haec profert

τὰ δὲ συστήματα αὐτὰ ἀνόμοια ἀλλήλοις
αὐγὰς προσβάλλων τῶι ᾠῶι Ῥοδίου τοῦ Σιμμίου
καὶ τῶι Πελέκει τῶι αὐτοῦ, ὃν Ἐπειὸς δωρεῖται
Τριτογενεῖ τῆι Ἀθηνᾶι χάριν δουρείου ἵππου,

quae aliunde atque ex Hephaestione, id quod Bergkius [2]) existimat, descripsit; nam Hephaestio G. ² p. 59 primum Securis versum affert; Tzetzes vero etiam secundum legerat. Reliqua testimonia ab illis diversa [3]) nullam habent auctoritatem. Ovum enim Simiae esse colligitur vel ex intima necessitudine quae inter hoc carmen et Securim Alasque intercedit; exempli causa commemoro Simiam praecipuo amore adiectivum ἁγνός usurpare; in Securi enim (vs. 8) Pallas vocatur ἁγνά, neque aliter Vesta in Simiae frg. 9 (Bergk. p. 516 ex Hephaest. p. 49) et luscinia in Ovo (vs 6). Concedendum tamen est quod Ovum exhibet genus dicendi paulo diversum esse a ceteris, sed huius rei causa facile ex argumenti varietate repeti potest. Nam Securis nihil est nisi anathema Minervae dedicatum; in Alis Amoris potentia illustratur; in Ovo vero nec Mercurius, id quod prima specie videtur factum esse, nec Diana, id quod stolide Claudius Auberius proposuit, praedicatur, sed Simias arte metrica gloriatur et ludit. Versuum ordo peculiaris in Ovo idem est qui in Securi; nam ut omnino utrumque carmen intellegatur post figurae versum primum statim ultimus est legendus, paenultimus post secundum et sic deinceps pergendum. Contra Alarum quod carmen communi versuum ordine legitur, versus plane idem exhibent metrum atque figuram quam Securis. Ex tanta igitur carminum similitudine conici facile potest eiusdem omnia esse auctoris. In reliquis rebus haec technopaegnia vel carmina artificiose figurata per se satis sunt dilucida atque ea tantum re ab altero technopaegniorum genere cuius sunt Dosiadae Ara et Theocriti Fistula, diversa, quod nullos continent griphos; idem cadit in alteram Aram. — Simias quo tempore fuerit Salmasius p. 161 et p. 185 exponit. Imprimis enim habenda est ratio Hephaestionis (ench. p. 58), qui declarat Simiam Philico superiorem fuisse aetate. Philicus autem Corcyraeus „εἷς ὢν τῆς Πλειάδος“ (Hephaest.) Ptolemaeo Philadelpho regnante floruit [4]); fuit enim in pompa Philadelphi Bacchi sacerdos [5]). Si igitur de huius poeseos generis initiis dici aliquid potest, certe inter carminum eorum

[1]) Cramer. Anecd. Paris. I p. 65, 25.
[2]) p. LXXIII *.
[3]) velut in AP et indice Ovum Besantino cuidam, in f Alae Theocrito tribuuntur.
[4]) cf. Fabr. Harl. bibl. Gr. III p. 808.
[5]) cf. Callixen. ap. Athen. V 198 b.

quae nobis servata sunt auctores Simiam principatum tenere negari non potest. Quod vero grammatici omnia figurata carmina Fistulae subiecerunt [1]) Theocriti nominis splendore videtur factum esse cum Simiae et Dosiadae nomina obscuriora essent. Iniuria vero Bergkius Theocritum principem videri figuratum poema composuisse dicit. Ceterum ex eo ordine quo carmina tradita sunt, et in indice anthologiae Palatinae: Fistula, Alae, Dosiadae Ara, Ovum, Securis, et in anthologia ipsa Fistula, Securis, Alae (bis in eadem pagina), anonymi Ara, Dosiadae Ara, Ovum, certum quidquam de archetypo colligi non potest, id quod Bergkius [2]) vult; nam et in indice Ara altera et nomen eius qui Securim composuit omissa sunt et in anthologia carmina non ex ordine proprio sed ita ut paginae spatio postulabatur conscripta sunt. Id vel ex ea re apparet, quod interdum parva varii generis carmina (εἰς τὴν βίβλον Μάρκου, duo Marini epigrammata) in fugam vacui interiecta sunt. Neque melior est ratio librorum Theocriteorum, id quod ex catalogo nostro quem supra dedimus, satis apparet. Ad Simiae Alas id quoque annotandum videtur quod non solum totius carminis argumentum est Orphicum sed singulae etiam notiones in Orphicis carminibus posterioribus iterum inveniuntur. Carmen compositum est in laudem Orphici Amoris qui omnium deorum vetustissimus in caelo terra mari antiquitus dominatur [3]). Vox ἁγνός, quam saepius a Simia usurpatam esse supra diximus, mere est Orphica [4]). Iam vero inter duo illa carmina figurata deperdita, quorum facit mentionem scholiasta Hephaestionis (G.² p. 58) verbis: σύγγραμμα ὁ Πέλεκυς. ἐπεὶ κατὰ μίμησιν πελέκυος συντέθειται· μακρὰν γὰρ ἑκατέρωθεν τέθεικεν· ἔστι δὲ καὶ Σφαῖρα καὶ Θρόνος σύγγραμμα καλούμενον, Globus vulgo ad Orpheum refertur cf. schol. Il. Σ 570: Ἀρίσταρχος εἶδος ᾠδῆς τὸν λίνον φησὶν ὡς παιᾶνα καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἀπὸ Λίνου τοῦ ἥρωος. ἡ δὲ κατὰ Λίνον ἱστορία παρὰ Φιλοχόρωι ἐν τῆι ιθ' καὶ παρὰ Μελανιππίδηι· ἥ τε καλουμένη σφαῖρα ποίημά ἐστιν εἰς τὸν Λίνον, ἀναφέρεται δὲ εἰς Ὀρφέα. Globus igitur figuratum erat carmen Orphicum (cf. Lobeck. Aglaopham. I p. 382). Globum vero si quis carmine figurato expressurus erat, non globi sed circuli formam exhibere potuit, quare illud carmen eandem fere speciem videtur praebuisse quam Simiae Ovum, quo hunc Orphicum Globum imitatum eum esse suspicor. Potest inde conici etiam Globum et Solium, quae carmina a scholiasta Hephaestionis simul cum Securi nominantur, ad hoc carminum figuratorum genus ἀπὸ τοῦ σχήματος compositum pertinere. Iniuria igitur Bergkius [5]) haec carmina eiusdem atque Fistulam generis fuisse dicit, cum non in omnibus rebus, velut

1) Bergk. p. LXIX.
2) p. LXX **.
3) cf. O. Mueller. hist. litt. Gr.⁴ I p. 394. Bergk. hist. litt. Gr. 1883 II p. 82.
4) cf. Plat. legg. 782 c, d; Lobeck. Aglaoph. 246 saep.
5) p. LXIX ***.

griphis, sed in figura tantum artificiosa et ad imitationem fistulae, securis, globi, solii composita inter se videantur similia fuisse. Globum vero ante Simiae aetatem compositum fuisse ea quoque re demonstratur, quod Epigenem Callimachi aetate antiquiorem in catalogo Orphicorum illud carmen commemorasse veri simile est [1]). — Diversum ab hoc poeseos genere siquidem argumentum respicias est Simiae carmen, quod bipennis Thraciae exhibet figuram. In hoc carmine Epeus praedicatur, quod Minervae gratia Homericis carminibus celebratus sit [2]). Fabulam vero, quae erat de equo ligneo, in parva Iliade narratam fuisse docemur ab Aristotele [3]) et Proclo [4]). Simiam vero Homericis carminibus studuisse inde colligitur, quod erat glossographus [5]). Hic igitur et Orphicorum et

---

1) cf. Bergk. hist. litt. Gr. II p. 89 not. 43.

2) cf. Od. ϑ 492: καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ.

3) Poet. cap. XXIII extr.

4) cf. Kinkel. epic. Gr. frgm. I p. 36 καὶ Ἐπειὸς κατ' Ἀθηνᾶς προαίρεσιν τὸν δούρειον ἵππον κατεσκεύαζεν ... οἱ δὲ Τρῶες τῶν κακῶν ὑπολαβόντες ἀπηλλάχθαι τόν τε δούρειον ἵππον εἰς τὴν πόλιν εἰσδέχονται.

5) cf. Athen. XII, 327, e; XV, 677 c. Suid. Westerm. biogr. p. 377 Σιμμίας Ῥόδιος γραμματικός. ἔγραψε γλώσσας βιβλία γ', ποιήματα διάφορα βιβλία δ'. Ex Homero enim praecipue Homerique interpretatione exstitit glossographia (cf. Aristoph. Daetal. fr. 1 Dind. Straton. comic. ap. Athen. IX p. 382 f.), quae cuius generis fuerit apparet ex iis exemplis, quae Lehrsius de Aristarch. stud. Hom. 1865 p. 36—37 collegit. Glossographi interpretari studebant difficiliora epicae poeseos verba, quae in communi sermone iam erant intermortua. Saepissime autem errores in se commiserunt; ita interpretati sunt ἀτέμβονται per μέμφονται (schol. Il. Ψ 445), qua in re Apollonius Naucratites (Argonaut. II, 56 al.) illos sequitur; ἐίση per ἀγαθή, (ita Zenodot. Athen. p. 12 d.); βράσσων per ἐλάσσων (K 226); δουπῆσαι per ἀποθανεῖν (N 426. Π 822. Ψ 679); ἔθων per βλάπτων (I 540); ἑλώρια per βρώματα (P 151); ὁμοίιον per κακόν (Δ 315 cf. Apollon. lexic. Bekk. p. 120); νεκρούς per νέους (Σ 540); ὀνείατα per βρώματα (Ω 367 Apoll. lexic. B. p. 121); πρόμον per βασιλέα (Γ 43. X 85); τοῖοι per ἀγαθοί (H 231; Ψ 16; Ω 164; ita Callimachus); τόσσον per σῶμα (Σ 378; X 322; Ψ 454); φύλοπις per ἐμφύλιος πόλεμος (Z 1); cf. praeterea schol. Il. Bekk. ad O 324, Π 409; T 27; I 404; Apollon. lexic. Bekk. p. 49 ἀφήτορος; K 56, Etym. Magn. 468, 45; Ψ 661; A 591; I 324; Ξ 155; I 570; Γ 36; M 105; E 83; Z 201; — schol. Odyss. (Dind.) ad ε 217; 312; 388; ϑ 581; — schol. Apoll. I, 401; II, 434; — Etym. Magn. 7, 55; — Cramer. anecd. Oxon. I p. 29, 32. Sed cum sola haec paraphrasis non sufficeret testimoniisque opus esset, colligebantur glossae geographicae, ethnicae, dialecticae (cf. Maurit. Herm. Ed. Meieri opuscul. acad. Hal. 1863 vol. II p. 35). Quod explicare liceat exemplo. Homericum ὢ πόποι glossographi interpretabantur per ὢ θεοί (cf. Apollon. lexic. B. p. 133); quin etiam Euphorio hac explicatione comprobata versum confecit ἐν δὲ πόποις ἕσσαντο. Pro verbo ἕσσαντο Meinekius (Anal. Alex. p. 128 ad Euphor. fr. XCIX) fortasse θέσσαντο scribendum existimavit. Alii ut falsam interiectionis interpretationem adiuvarent, synaloephen esse statuerunt „ἐν δὲ ἐπόποις ἀντὶ τοῦ ἐπόπταις". Alii vero πόποι esse vocabulum Scythicum opinabantur (cf. Cramer. anecd. Oxon. I p. 447, 26 οἱ γὰρ Σκυθαὶ ἀγάλματά τινα ἔχοντες ὑπόγαια τῶν θεῶν πόπους αὐτὰ ἐκάλουν Etym. Magn. p. 823, 31). Quarta pars Dryopum vocem agnoscebat cf. Plut. de aud. poet. p. 22 c: Δρύοπες δὲ πόπους τοὺς δαίμονας (scil. καλοῦσιν) et schol. Od. α 32: πόποι οἱ θεοὶ κατὰ τὴν τῶν

Homeri secutus vestigia composuit carmina figurata quae quamquam verbis rarioribus scatent, nullos tamen exhibent griphos. At in Fistula et Dosiadae Ara magnus griphorum numerus invenitur. Hoc igitur est discrimen inter Simiae et Theocriti Dosiadaeque technopaegnia. Iam vero e glossographorum studiis emanasse etiam griphorum compositionem, cuius clarissimum exemplum Lycophronis Alexandra fertur, mox apparebit, ubi de Fistulae et Arae griphis

Δρυόπων φωνήν. — E clarissimis prioris generis glossographis erat Philetas (schol. Apoll. IV, 989. Et. Magn. p. 330, 39. Athen. p. 114 e; IX, 383 b; XIV, 646 d saep.), contra quem Aristarchus saepe pugnat (schol. Il. A 524; B 111, 269; Z 459; H 171; Φ 126; X 308 schol. Apoll. II, 279 Wolfii Prolegg. p. CLXXXVII; Bach Philetae Reliqu. p. 68. Lehrs Aristarch. p. 43 et 45; Meier. opusc. II p. 22 not. 81). Artissime cum Philetae glossographia cohaerent eiusdem studia περὶ Ὁμηρικῆς ἐτυμολογίας (cf. Tzetz. exeg. in Il. p. 126, 9 Bach, Philet. rell. p. 80—84). De Lycophronis, Zenodoti, Callimachi, Eratosthenis, Aristophanis Byz. studiis glossographicis cf. Meier. II, 23—25. — Deinde cum glossographia ab epicae, lyricae dramaticae poeseos et rhetorum interpretationis vinculis paulatim se liberare coepisset, studium hominum doctorum perductum est ad regionem, mores, litteras earum nationum apud quas glossas quaesiverant et collegerant, diligentius perquirenda. Cuius generis exemplum ut afferam memoro Καρικά Apollonii Aphrodisiensis, qui non solum res, quae ad Carum regionem et sermonem pertinebant, perscripsit sed etiam Panyassidos Heracleae fragmenta nobis asservavit. Nam quae apud Stephan. Byz. exstant s. v. Ὑλλούαλα (Meinek. p. 648) δῆμος Καρίας. Ἀπολλώνιος ε' Καρικῶν. Κᾶρες δὲ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἔνθα Ὕλλος ἀπώλετο Ὑλλούαλαν ὠνόμασαν καὶ ἕδος ἐνταῦθα ἐδείμαντο Ἀπόλλωνος. καὶ νῦν ἔτι παρὰ τὸν θεὸν δῆμός ἐστιν Ὑλλούαλα λεγόμενος. ἄλα γὰρ οἱ Κᾶρες τὸν ἵππον ἔλεγον, ὡς καὶ πρότερον (s. v. Ἀλάβανδα) εἴρηται s. v. Ὕδη (M. p. 645) πόλις Λυδίας ἐν ἧι ᾤκει Ὀμφάλη δυναστεύουσα Λυδῶν, Ἰαρδάνου θυγάτηρ, ὡς Ἀπολλώνιος Καρικῶν τετάρτωι. s. v. Βάργασα (M. p. 158) πόλις Καρίας ἀπὸ Βαργάσου τοῦ υἱοῦ Βάργης καὶ Ἡρακλέους, ὃν ἐδίωξε Λάμος ὁ Ὀμφάλης καὶ Ἡρακλέους, ὡς Ἀπολλώνιος Καρικῶν τετάρτωι, ea omnia ad Apollonium Aphrodisiensem referenda esse primo obtutu apparet. Ab hoc vero illam de Hercule, Omphale, Hyllo narrationem e Panyassidos Heraclea haustam esse conicio ex iis quae scholiasta Apollonii IV, 1149 et schol. Il. Ω 616 de eadem Panyassidos narratione tradiderunt (cf. Hesiod. epicor. frgm. 1840 Duebn. Panyass. frg. 16). Stephani tamen epitomen non ex ipso Apollonio fluxisse sed ex Alexandro Polyhistore docemur Panyassidos versibus (ap. Steph. Byz. s. v. Τρεμίλη), quos Alexander (in secundo libro Lyciacorum sec. Meinekium, cf. St. B. s. v. Κράγος. Ἀλέξανδρος δευτέρωι Λυκιακῶν. ἀπὸ Κράγου τοῦ Τρεμίλητος υἱοῦ, μητρὸς δὲ Πραξιδίκης νύμφης) cum de Lyciae nominis origine disputaret, attulerat:

ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρεμίλης καὶ ἔγημε θύγατρα
νύμφην Ὠγυγίην, ἣν Πραξιδίκην καλέουσιν
Σίβρωι ἐπ' ἀργυρέωι ποταμῶι παρὰ δινήεντι·
τῆς δ' ὀλοοὶ παῖδες Τλῶος Ξάνθος Πίναρός τε
καὶ Κράγος, ὃς κρατέειν πάσας ληίζετ' ἀρούρας.

E proximis enim verbis: „οἱ κατοικοῦντες Τρεμιλεῖς. Ἀλέξανδρος τελευτήσας * * τοὺς Τρεμιλέας Λυκίους Βελλεροφόντης μετωνόμασεν" elucet omnia ex Alexandro fluxisse, qui de Praxidice, Crago, reliquis narraverat. Eodem modo Panyassidos fragmenta ap. Steph. s. v. Βέμβινα (de quo loco cf. Wilamow. homer. unters. p. 142 not. 4) et s. v. Ἀσπίς ex Alexandri Polyhistoris Caricis et Lyciacis deprompta postremo ad Apollonium Aphrodisiensem redire veri non dissimile est. — Atque haec quidem de glossographorum studiis.

acturi sumus[1]). Haec igitur griphorum compositio a Dosiada et Theocrito Philetae glossographi discipulo illata est in formam technopaegniorum, quibus antea iam Simias eminuit. Huius rationis qua griphi cum technopaegniis coniuncti sunt, causam in ea re positam esse suspicor, quod post Simiam Clearchus, Aristotelis discipulus[2]), librum suum περὶ γρίφων conscripsit[3]). Ceterum Clearchus usque ad summam senectutem videtur vixisse[4]) siquidem Castorionis hymnum in Pana, quem Antigono Gonatae dedicatum esse putat Bergkius[5]) memoriae tradidit[6]); hic enim hymnus non ante olymp. 125, 4 = $2^{77}/_{76}$ a. Chr. n. quo anno Antigonus Macedoniae regnum obtinuit[7]), componi potuit. Hic igitur Clearchus Solensis primus griphos collegit[8]); deinde Dosiadas et Theocritus griphos in technopaegnia inseruerunt. Notissimos griphos Bergkius inter carmina popularia[9]) recepit[10]). Ehlersio (p. 16) Homeri ille Οὖτις primum griphi vestigium videtur esse, etsi Ptolemaeus Chennus[11]) mentitur: Ὀδυσσεὺς διότι ὦτα μεγάλα εἶχεν Οὖτις πρότερον ἐκαλεῖτο. Saepe e duabus vel pluribus notionibus eruendum est quid in gripho lateat. Ita in gripho quem Athenaeus X, 455 d affert

ἐν φανερᾶι γενόμαν, πάτραν δέ μου ἅλμυρον ὕδωρ
ἀμφὶς ἔχει· μάτηρ δ' ἔστ' ἀριθμοῖο παῖς

ex additis verbis πάτραν δέ μου ἅλμυρον ὕδωρ ἀμφὶς ἔχει, quibus insula indicatur, apparet ἐν φανερᾶι esse ἐν Δήλωι. Latona, Κοίου θυγάτηρ, propterea ἀριθμοῖο παῖς vocatur, quod Macedones τὸν ἀριθμὸν κοῖον προσαγορεύουσιν. Trypho περὶ τρόπων[12]) duos memoriae tradidit griphos

Ἥσσων ἀλγήσας παῖδα τὸν ἐκ Θέτιδος

i. e. Χείρων πονήσας (ἐκθρέψας) Ἀχιλλέα et

γῆς ἔθανεν καταδέσμου ὅτ' ἀγγείων ἀφάμαρτεν

ἀντὶ τοῦ Αἴας ὁ Τελαμῶνος ἐτελεύτησεν ὅτι τῶν ὅπλων ἀπέτυχε. γῆς γὰρ Αἴας γίνεται[13]), δεσμοῦ Τελαμῶνος, ἀγγείων δὲ τῶν ὅπλων, de quibus Ehlersius (p. 19) Bergkius (carmin. popular. 30 not.), Ohlertius (p. 162) accuratius egerunt. Quin etiam ranarum

---

1) cf. et Aristot. poet. cap. XXII.
2) Athen. VII, 275 b. XV, 701 c.
3) Athen. XIV, 648 f sq. cf. Mueller. frg. histor. II p. 321. Ohlert. raetsel und gesellschaftsspiele der alten Griechen. Berol. 1886 p. 111; imprimis Maximil. Weber. de Clearchi Sol. vita et operibus dissert. Vratislav. 1880 p. 22—35.
4) cf. Weber. diss. p. 9.
5) PLG.[4] vol. III p. 636.
6) cf. Athen. X, 454 f.
7) cf. Wilamowitz. Antig. Caryst. p. 260—261.
8) cf. Ehlers αἴνιγμα et γρ. p. 4—7.
9) PLG.[4] p 666 nr. 29—38.
10) cf. et. Ohlert. p. 180.
11) ap. Phot. bibl. p. 147 a 10.
12) c. 4 Walz. rhet. Gr. VIII p. 733—734.
13) cf. AP. XIV, 18.

nomina Πηλεύς et Πηλείων in Pigretis batrachom. vs. 19 et 206 quodam modo sunt griphi; Πηλεύς enim est et Peleus et luteus; Πηλείων est Achilles et luti filius. Similes griphos (velut: Verres = sus, griphum e Ciceronis Verrinis II, 1, 121; 2, 191 notum) commemorat Quintilianus VIII, 6, 37; Athenaeus III, p. 98 d e. q. s. (Dionysius Siculus βαλλάντιον dixit τὸ ἀκόντιον, ὅτι ἐναντίον βάλλεται, similiaque); scholiasta Dionys. Trac. Bekk. Anecd. II, 734 [1]). Haec griphorum exempla attulisse liceat, priusquam ad Fistulae et Arae griphos explicandos transeamus. Fistula enim et Dosiadae Ara tam arte inter se cohaerent, ut alterum poemation ab altero in explicatione seiungi non possit. Ac primum quidem quaerendum est quis Fistulae fuerit auctor, quodque in Fistula componenda habuerit consilium. Quod ut cognoscamus iam considerandum est, quae ratio inter Fistulam et Theocriti carmina intercedat. Etenim postquam Theocriti editores Oxonienses 1676 et 1699, Reiskius 1765 [2]), Valckenarius 1779 ex editione Theocriti Fistulam eiecerunt, Eritiscus Pileneius [3]) qui Henric. Steph. II secutus est, Simiae tribuit; editor Gothanus 1789, Meinekius, Ahrensius, Ameisius, Hartungius, Wordsworthius Valckenarium secuti sunt; Herm. Fritzschius alii poemation cum a Theocrito abiudicarent, in calce Theocriti post epigrammata et Adonin mortuum tamquam spurium posuerunt [4]); ne Wissowa quidem [5]) defendit, qui aetati recentiori Fistulam tribuit, — rursus huius carminis vindex exstitit Theod. Bergkius [6]), qui negat ullum argumentum esse in medium allatum, cur Fistula Theocrito abiudicanda sit. Cuius opinionis accurate refellendae negotium nemo quantum scio suscepit, nisi forte asteriscum huic carmini in Theocriti editionibus appositum et verba in universum dicta [7]) argumenta vocamus digna quae Bergkii gravibus argumentationibus opponantur.

Dicit igitur initio ipsius carminis argumentum ita esse comparatum, ut bucolico poetae imprimis conveniat. At haec ipsa similitudo quam habet Fistula cum idylliis Theocriteis causa esse potuit, cur hoc poemation in bucolicorum collectionem irreperet. Poeta enim Penelopa Panis matre commemorata varias res ab hoc deo gestas, e quibus eius nomen erui possit, enumerat, pastorem eum fuisse Amaltheae caprae, amatas ab eo esse Pityn, Echo, Syringa nymphas; ab eo Persas fugatos et ex Europa pulsos esse dicit. Huic igitur deo, quem diversis nominibus compellatum

1) cf. et. Psell. stich. polit. vs. 167.

2) cf. eius praefat. p. XLIII.

3) Theocrito Mosco Bione Simmia greco-latini con la buccolica di Virgilio latino-greca volgarizzati e forniti d' annotazioni Parmae 1780.

4) Jacobsius et Kiesslingius Fistulam suis Theocriti editionibus ille cum Brunckii hic cum Salmasii et Pediasimi commentario receperunt.

5) in Theocrito Theocriteo p. 41 not. 1.

6) AL. p. LXVIII. cf. etiam Boissonadii argumenta p. 370.

7) velut indignum esse carmen Theocrito, nugas esse absurdas, ex aperta Theocriti imitatione elucere spurium esse carmen.

poeta iubet salvere, carmen dedicatur. Quamobrem mirum videri non potest quod carmen inter bucolica receptum est, in quibus primas partes agit pastorum fistula. Iam in Iliados Σ vs. 526 pastores ea delectantur, Pan Arcadius deus eam invenit [1]) eaque canere solet [2]). In Daphnide Theocriteo sonus fistulae comparatur cum dulci pinus susurro; in certamine inter Menalcam et Daphnin uterque fistulam certaminis pretium collocat; Lycidam praedicat poeta in Thalysiis quod fistula canere egregie sciat. Accedunt complures Fistulae loci, qui etiam in carminibus Theocriteis inveniuntur; accedit Panis commemoratio; imprimis Simichidae nomen, quibus rebus omnibus crederes commotos esse veteres interpretes ut Fistulam in Theocriti editionem reciperent. Quare ex argumento carminis solo colligi nihil potest de auctore. Scholiasta Ambros. ad Thalys. 83: πέπλασται τὰ περὶ τοῦ Κομάτα ὑπὸ Θεοκρίτου παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οὐ παραλαμβανόμενα· ὑπὸ μελισσῶν τρεφόμενον [ἐποίησε add. Ahrens.] τὸν Κομάταν καθάπερ ὁ Δάφνις ἱστορεῖται· οὐχὶ Κεράσταν ὅν ποτ' ἐθρέψατο ταυροπάτωρ Fistulae versum tertium affert neque tamen inde intellegi potest, utrum hoc carmine tamquam germano usus sit necne [3]). — Praeterea ne Eustathii quidem verbis quidquam probatur, qui dicit ad Il. T, 387 [4]) σύριγξ δὲ ὀπή τις ἐπιμήκης δοράτων φυλακτική, ἡ καὶ δουροδόκη. Σημείωσαι δὲ τὴν ὁμωνυμίαν τῆς σύριγγος, οὐ μόνον γὰρ σύριγξ ποιμενική, ἔτι δὲ καὶ ποδὸς ἕλκος ὡς ὁ Θεόκριτος, καὶ ἐκ πόλεως κρυπτὸς ὑπόνομος κατάγων εἰς ὕδωρ, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ αὕτη σύριγξ δουρατοδόχος. Meinekius enim [5]) haec verba ad Apollonii Argonautica IV, 1645 pertinere putavit et Ahrensius [6]) non male coniecit ante verba ὡς ὁ Θεόκριτος excidisse ea quae Suidas s. v. affert: καὶ τὸ εἰς τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ ἐμβαλλόμενον μέρος τοῦ ἄξονος ita ut Eustathii verba ad Theocriti Heracliscum (vs. 118) spectaverint. Eiusdem annotatio (ad Il. p. 21, 42) ἰστέον δὲ .... ὅτι περιέργως τινὲς ἐπιβαλόντες Θεοκρίτου στήτην τὴν γυναῖκα εἰπόντος γράφουσιν ἐνταῦθα διὰ στήτην ἐρίσαντο, ἵνα λέγῃ ὁ ποιητὴς ὡς διὰ γυναῖκα ἤρισαν utrum ad Fistulam an potius ad Dosiadae Aram (vs. 1) referenda sit non est dubium cf. schol. Dion Thrac. B. A. II p. 735 ὡς ἐν τῶι βωμῶι τοῦ Δωσιάδου ἡ γυνὴ εἴρηται στήτη, ἐπειδή τινες τὸ παρ' Ὁμήρωι διαστήτην ἐρίσαντες οὕτως ἐξηγήσαντο διὰ τὴν γυναῖκα (Hesych. στήτα· γυνή). Io. Tzetz. exeg. in Iliad. 68, 11—18: διαστήτην ἐρίσαντο· διεχωρίσθησαν ἐρίσαντες· ἤτοι φιλονεικήσαντες. ἢ οὕτω. διὰ στήτην, ὅ ἐστιν τὴν γυναῖκα, ἐρίσαντο· .... τὸ δὲ στήτη ἡ γυνή,

---

1) hymn. homer. in Pan. vs 16.

2) Millin. Galer. mytholog. I, tab. LVI nr. 270 et tab. LXXXI. nr. 327.

3) Etiam Psellus (stich. polit. vs. 29 ap. Boisson. anecd. Graec. vol. III Paris. 1831 p. 202) Theocrito Fistulam vindicat:

τὴν δὲ βουκόλου σύριγγα τοῦ Θεοκρίτου μάθε.

4) p. 1189, 47.

5) bucol. 3 p. 399.

6) bucol. I p. 143.

εὕρηται παρὰ Θεοκρίτωι ἐν τῶι βωμῶι εἰμάρσενός με στήτας πόσις μέροψ; de quibus Bergkius[1]) rectissime iudicat. Mirum est quod grammatici ubi de voce στήτη agunt non Fistulae versum 14 sed Arae versum primum afferunt. Quod denique Bergkius dicit poetam vs. 12 ipsum aperte se Fistulae auctorem profiteri, non plus valet quam ea res quod in Securis initio Epeus Phoceus is appellatur qui securim dedicavit i. e. poematii auctor dicitur. Num igitur Epeum huius Securis, quam Simias composuit, verum et genuinum fuisse auctorem colligi potest? An sancta luscinia Ovum peperit, ut eius carminis initio declaratur? an Iason Dosiadae Aram, alteram Musarum enneas cum Gratiis exstruxit? — Haec igitur argumenta vix cuiquam persuadere possunt Fistulam a Theocrito esse compositam. Accedunt vero quibus hoc comprobatur causae multo graviores, quas Wilamowitzius[2]) attulit. Primum enim cum ceteri codices bucolici tum vero Palatini et index et Fistulae lemma testantur Theocriti eam esse; deinde idem consequitur ex ea ratione quae inter Theocriti Thalysia et Fistulae auctorem et Dosiadae Aram intercedit. Quarum rerum fides auctoritasque si infringi non poterit, id quod proxima argumentatione me demonstraturum esse spero, tum etiam Bergkii argumenta prorsus novam veritatis lucem accipient nec ulla coniectura, quae ex praeiudicata de Fistulae auctore opinione profluxit, mutari poterint. Ad hoc demonstrandum longior via atque tutior nobis ingredienda est. Quaecumque enim Fistulae cum Theocriti carminibus communia sunt ea omnia videntur ad Thalysia spectare, sed ex Thalysiis eas repetitas esse probari nequit. Primum igitur in Fistulae versu tertio latet nomen Comatae, cuius fit mentio Thalys. 78—89. Hic in Fistula appellatur:

Κεράστας ὅν ποτ' ἐθρέψατο ταυροπάτωρ

Voce ταυροπάτωρ significantur apes quae ex putri tauri cadavere exstitisse feruntur[3]). Is vero quem apes aluerunt clarissimus est caprarum pastor Comatas, cuius fata Thalys. 80 et schol. narrantur. Dicunt eum a domino in cistam coniectum, quod Musis ero invito sacra fecerat, mirabili modo per apes servatum esse, dum ab ero duobus mensibus post vivus in cista inveniretur; inde e

---

1) p. LXXXIV *.

2) de Lycophr. Alex. p. 12—13.

3) cf. schol. Palat.: ταυροπάτορα δὲ εἶπε τὴν μέλισσαν, ἐπειδὴ σηπομένων τῶν ταύρων μελίσσας φασὶ γενέσθαι. Ovid. Fast. I 379: fervent examina putri de bove. Antig. Caryst. Mirab. XIX, 23 Westerm. paradoxogr. p. 66: ἴδια δὲ καὶ περὶ τὰς συγκρίσεις καὶ ἀλλοιώσεις τῶν ζώιων, ἔτι δὲ γενέσεις. οἷον ἐν Αἰγύπτωι τὸν βοῦν ἐὰν κατορύξηις ἐν τόποις τισίν, ὥστε αὐτὰ τὰ κέρατα τῆς γῆς ὑπερέχειν, εἶθ' ὕστερον ἀποπρίσηις, λέγουσι μελίττας ἐκπετέσθαι· σαπέντα γὰρ αὐτὸν εἰς τοῦτο διαλύεσθαι τὸ ζῶιον. ὧι καὶ φαίνεται Φιλητᾶς προσέχειν, ἱκανικῶς ὢν περίεργος. προσαγορεύει οὖν αὐτὰς βουγενεῖς λέγων·

βουγενέας φάμενος προσεβήσαο μακρὰ μελίσσας.

Fistulae igitur auctor probus Philetae glossographi discipulus videtur fuisse; sed hoc incertius, cum etiam Archelaus has res tetigerit (cetera cf. ap. Hecker. comm. crit. de anth. Gr. I p. 17—18).

Comatae fabula apparere a Musis eos, a quibus coluntur non deseri. Similia atque de Comata narrantur de Hierone II Syracusanorum rege et Sotade poeta[1]). Qui fit ut hic Comatas in Fistula indicetur per vocem Κεράστας h. e. cornibus praeditus, „Cornutus“? de hac re mirabilia dicuntur. Scholiis Palatinis declaratur κέρας cornu et θρίξ crines esse synonyma; ergo etiam κεράστην et κομήτην. Salmasius cui haec explicatio videtur placuisse affert p. 214 Hesychii glossas κεραστής· κομήτης ἁλιεύς· εἶδος ὄφεως καὶ ὁ κέρατα ἔχων et κερασταί· κομῆται πολεμικοί. Hoc autem non credibile est verbis κέρας et κομή idem significari. Quam explicationem quae sustineri non potest, Fritzschius cum non plane vellet contemnere et abicere, dixit pro Comata, crinito, positum esse Cerastam, cornutum, quod cornua et crines in capite sint! Sed haec griphorum solvendorum licentia nimia est Tertia interpretatio a glossatore Parisino et Pediasimo praebetur: Κεράσταν esse Κομάταν τὸν ποιμένα τῶν κερασφόρων ζώων, quam vix cuiquam probari persuasum habeo propter audacissimam notionum commutationem. Explicatio unice vera, quam nesciente me Wilamowitzius iam invenerat[2]), invenitur, si glossographos respicimus. Exstant enim Il. Λ 385 Diomedis verba quibus in Paridem invehitur:

τοξότα λωβητὴρ κέραι ἀγλαὲ παρθενοπῖπα.

Ad verba κέραι ἀγλαὲ παρθενοπῖπα scholiasta Ven. B. et Lips. annotat: ὦ τῆι τριχὶ κάλλιστε ἐπὶ ἀπάτηι παρθένων. οὐ γὰρ καθ' ἑαυτὸ τὸ κομᾶν κακόν ἐστιν. Schol. Townl. Vict.: καὶ ἐπὶ τῶν τοξοτῶν ἐδέξαντο. καὶ Ἡρωιδιανὸς δέ φησιν ὅτι σπανίως τὸ κέρας ἐπὶ τριχὸς ἀνθρώπου τάσσεται παρὰ ποιητοῦ ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ βοὸς ἢ ἄλλων θηρίων. ἄλλως. τῆι τριχί, ὅθεν καὶ τὸ κείρειν. Ἀριστοτέλης (leg. Ἀρίσταρχος) δὲ ὦ τῶι τόξωι σεμνυνόμενε.

Schol. Venet. A. ἐξεδέξαντό τε ἐκ τῆς λέξεως τὴν τρίχωσιν καὶ ἐμπλοκῆς εἶδος. οἳ δὲ ἐξέτειναν τὸ ᾱ πάλιν πληθυντικὸν ἐκδεχόμενοι, τιθέντες δὲ τὴν λέξιν ἐπὶ τοῦ τόξου, ὥστε εἶναι κατὰ κέρας, συναλοιφὴν ἐκδεχόμενοι τοῦ κέραα. περὶ δὲ τῆς τοιαύτης ἀναγνώσεως δεδήλωται ἡμῖν, ὁπότε διελάβομεν περὶ τοῦ „κέρα ἐκ κεφαλῆς“ (Δ 109). τοσοῦτον δὲ ἔχω νῦν παραφυλάξαι ἐπὶ τοῦ νοητοῦ. ὡς ὅτι σπάνιόν ἐστιν ἐπ' ἀνθρωπίνης φύσεως παρὰ τῶι ποιητῆι τὸ κέρας ἐπὶ τριχὸς τάσσεσθαι· κόμην δὲ λέγει καὶ τρίχας καὶ πλοκάμους καὶ ἐθείρας. ἡ διπλῆ, ὅτι κέραι οὐ τῆι τριχὶ φιλῶς ἀλλ' ἐμπλοκῆς τι γένος· εἰς κέρατος τρόπον ἀνεπλέκοντο οἱ ἀρχαῖοι .... ἔνιοι δὲ τῶι τόξωι ἀγαλλόμενε· προείρηκε δὲ τοξότα λωβητήρ.

Apollon. Archib. lexic. p. 98 κέρ' ἀγλαέ. οἱ μὲν γλωσσογράφοι ταῖς θριξὶν ἀγαλλόμενε κέρα γὰρ τὴν τρίχα λέγεσθαι[3]). ὁ δὲ Ἀρίσταρχος κυρίως ἀκούει τὸ τοῦ βοὸς κέρας οἷον τὸ κεράτινον συρίγγιον· τὸ

1) Justin. XXIII, 4, 7; Athen. XIV p. 621 a.

2) Lyc. Al. p. 13 *.

3) cf. Et. Magn. 504, 43, 56; 490, 24; 491, 13. Hesych. s. v. κέρα. κέραξ. κέρας.

γὰρ παλαιὸν πρὸς τὸ μὴ ἀποτρῶξαι τὸν ἰχθύν, τῶι ἀγκίστρωι περιτίθεσθαι τοῦτο [1]). τὸν δὲ Ὅμηρον μηδέποτε εἰρηκέναι κέρας τὴν τρίχα. ὅθεν ἐπὶ τοῦ κέρ' ἀγλαέ, τόξωι ἀγαλλόμενε.

In schol. Townl. pro Ἀριστοτέλης legendum esse Ἀρίσταρχος [2]) declaratur verbis Apollonii, qui teste Ludwichio [3]) Aristarchum optime novit, et Eustathii ad Λ 385: Ἀριστοτέλης δέ, φασι, κέρα ἀγλαὸν εἶπεν ἀντὶ τοῦ αἰδοίωι σεμνυνόμενον [4]). Falso igitur Lehrsius [5]) scholion V. ex Eustathio mutavit Ἀριστοτέλης δέ φασι κέραι ἀγλαὸν εἶπεν ἀντὶ τοῦ αἰδοίωι σεμνυνόμενον. Etiam apud Plutarchum [6]) pro Ἀριστοτέλης scribi Ἀρίσταρχος optimo iure iubet Schraderus. Aristarchus igitur reiecta glossographorum interpretatione verbi κέρας, quam etiam Zenodotum Philetae discipulum [7]) amplexum esse suspicor, ipse verbum per arcum explicavit, quamquam hac ratione tautologiam (τοξότα et κέραι ἀγλαέ) poetae videtur intulisse [8]). Fistulae vero auctor, qui ante Aristarchum, saeculo igitur tertio a. Chr. n. fuit, cum Aristarchi explicatio nondum prolata esset, veteres glossographos secutus griphum confecit Κεράστας = Κομάτας [9]). Ceterum glossographos in hoc versu explicando non secutus est Horatius [10]); is enim Il. Γ 55 respexit; inter recentiores vero Anna Dacieria [11]), Helbigius p. 165, alii glossographorum praetulerunt explicationem.

Totam hanc Comatae fabulam in Thalysiis iterum exstare iam diximus. Comatas ipse qui sub Cerastae nomine latet, appellatur Thalys. 83 ὦ μακαριστὲ Κομάτα et 89 θεῖε Κομάτα. Cista qua clausus erat, λάρναξ memoratur vs. 78 et 84; in Fistula vero Pan λαρνακόγυιος vocatur; ad ἁδὺ μελιζόμενος vs. 89 cf. Fist. vs. 17 ἁδὺ μελίζοις; praeterea quod in Fistula exprimitur verbis ὅν ποτ' ἐθρέψατο ταυροπάτωρ, idem in Thalysiis 80 verbis ὥς τέ νιν αἱ σιμαὶ φέρβον . . . μέλισσαι et 84 μελισσᾶν κηρία φερβόμενος.

Griphos ἕλκος ἀντὶ τῆς σύριγγος et Ὅλον ἀντὶ τοῦ Πανός unde petiverit Fistulae auctor non constat; eidem vero exstant apud

---

1) confirmantur haec scholio cod. Q ad Od. μ 253 Dind. II p. 548.

2) cum Rosio et Schradero cf. Schrader. Porphyr. quaest. Hom. p. 164 not. ad lin. 12.

3) Arist. hom. textkr. I p. 75.

4) cf. Etym. Magn. 531, 29.

5) de Arist. stud. Hom. p. 41.

6) de sol. an. cap. XXIV, 7 p. 977 A.

7) Suid. Westerm. p. 369 μαθητὴς τοῦ Φιλητᾶ.

8) cf. et schol. Dion. Thr. Bekk. an. II p. 702, 18: καὶ τὰ ἐν δύο λέξεσι συνημμένην διάνοιαν ἐπαγγελλόμενα, οἷον τοξότα λωβῆτηρ· ἓν γὰρ νοεῖται διὰ τῶν δύο, ἀντὶ τοῦ διὰ τῶν τόξων λωβώμενε καὶ βλαπτόμενε.

9) (κέρας = θρίξ = κόμη) cf. quos Bergkius ad Archiloch. frg. 57 et Helbigius d. homer. ep. a. d. denkmael. erl. p. 165 not. 6 afferunt locos.

10) od. I, 15, 13 de Paride: pectes caesariem.

11) „qui brilles par les cornes, c'est à dire, qui as tes beaux cheveux frisés en pointe"; cf. Fr. H. Bothii in edit. Hom. Iliad. vol. II Lips. 1833 annotationem ad Λ 385.

Sextum Empiricum adv. grammat. I, 13 p. 314: εἶτα καὶ τοῦτ' ἀδύνατόν ἐστιν ἀπειρῶν οὐσῶν λέξεων καὶ ἄλλως παρ' ἄλλοις ὀνοματοποιηθεισῶν ἢ ἐπὶ πράγμασιν οἷς ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν τεθεισῶν. οἷόν ἐστι τὸ ἐβαρβάριζε θοῦλον ἕλκος ἔχον χερί[1]· τοῦ μὲν ἐβαρβάριζεν ἀντὶ τοῦ ἐσύριζε κειμένου· βάρβαροι γὰρ οἱ Σύροι· τοῦ δὲ ὅλου ἀντὶ τοῦ Πανός· ὅλον γὰρ καὶ πᾶν συνώνυμον· τοῦ δὲ ἕλκους ἀντὶ τῆς σύριγγος· εἶδος γὰρ ἕλκους ἡ σῦριγξ· ὥστε τὸ ὅλον γίνεσθαι τοιοῦτον· σύριζ' ὁ Πὰν σύριγγ' ἔχων ἐν τῆι χερί[2]. Id tamen affirmare ausim griphum Ὅλον = Πάν ex Homerica interpretatione sumptum esse; saepissime enim diplen positam esse eo argumento ὅτι πᾶς ἀντὶ τοῦ ὅλος locis demonstratur, quos Lehrsius de Arist. stud. hom. p. 11 ad Λ 65 attulit[3].

Altera res gravior quam Fistula cum Thalysiis habet communem est mentio Paridis Simichidae. Paris ὁ κρίνων τὰς θεοὺς est Theocritus, qui in Thalysiis ipse sub nomine Simichidae se induxerat cf. vs. 21: Σιμιχίδα πᾶι δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις;

vs. 49, 50: ἀλλ' ἄγε βουκολικᾶς ταχέως ἀρχώμεθ' ἀοιδᾶς Σιμιχίδα.
vs. 96: Σιμιχίδαι μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον.

Nomen Σιμιχίδας derivandum est a nomine Σίμιχος; hoc a nomine Σιμίας, ut Ismenias Ismenichos[4], Amyntas Amyntichos[5], Sosias Sosichos[6], Dinias Dinichos. Hanc enim formam Σιμίας communem esse iam Meinekius fragm. comic. vol. III p. 549 et L. Dindorfius in Steph. thesauro s. v. Σιμίας ostenderunt[7]. Iure autem Meinekius formam Σιμμίας non damnavit, „quae antiquior fuisse videtur forma ab aeolico σίμμος formata", etsi fortasse eadem ratione explicanda est qua formae Ἰννώ (Collitz. nr. 834), Ἀγαθθώ (Collitz. nr. 1030), Ἀφθοννώ (1035), Δαλιχχώ (1036), Τέλλος (Herod. I, 30). Quare apud Thebanos forma Σιμμίας praeferenda videtur (Collitz. I. nr. 706 p. 234), quamquam ibi quoque (ut Thespiis Coll. I nr. 814, 8) forma Σιμίας invenitur (cf. Dind. s. v.). At poetae Rhodio de quo egimus, utique nomen fuit Σιμίας, id quod apparet e titulo Rhodi nuper

---

1) ita versum constituit Bergkius ad carm. pop. 30.

2) ita conicc. Wilamowitz.

3) cf. Plat. Cratyl. 408 C: ὀρθῶς ἄρ' ὁ πᾶν μηνύων καὶ ἀεὶ πολῶν Πὰν αἰπόλος εἴη διφυὴς Ἑρμοῦ υἱὸς τὰ μὲν ἄνωθεν λεῖος τὰ δὲ κάτωθεν τραχὺς καὶ τραγοειδής.

4) Aristoph. Acharn. 861 et 954.

5) Theocr. Thalys. 2 et 132.

6) Collitz. collect. inscr dial. II, 1547, 3.

7) cf. Corp. Inscr. Gr 1838 a 6 (Corcyr.) Σιμία, C. J. G. 2338, 26 et 39 Σιμίας in lapide Teno advecto; alios locos vid. ap. Dind.; Pap.-Benseler. lexic. nom. propr. Graec. s. v.; Sternbach. Meletem. Gr. I p. 117. De singulis dialectis haec exempla collegi: Σ[ιμ]μίας (Erchomenius) Collitz. inscr. dial. I nr. 470, 9; Σιμίου (Thesp.) 814, 8; Σιμίδας (Arcad.) I nr. 1231 p. 352 B. 23; Σιμμίαιοι (Thessal.) I nr. 1330; Σιμμίαιος et Σιμμίας (Thessal.) I nr. 326 p. 128 col. I, 45; Σιμίας (Samothr.) nr. 345, 48; Σιμίαιος et Σιμίας (Κραννούνιοι) nr. 345, 49. Σιμμιούνειος nr. 345, 51; Σιμμίας 61; Σίμμειος 61; Σ[ί]μειος 72; Σίμμειος 74. Σιμίας (inscr. Epir.) Collitz. II nr. 1334, 11 p. 3; 1359,. 11 p. 9.

reperto[1]) ubi exstat ΤΟΥ ΣΙΜΙΑ. Praeterea Doricarum sporadum titulus Anaphae repertus (C. J. G. 2481) exhibet Σιμίας Τελεσικράτευς. Nulla est dubitatio de forma Σίμων quae cum forma Σιμίας ita cohaeret, ut nomina Agathon-Agathias, Nicon-Nicias inter se cohaerent. Quod vero in Thalysiis nomen Simichidae a forma Simichos derivatur, non est Boeotica forma sed blanditiae causa ficta; ita etiam Amyntas in eodem carmine vocatur blande Amyntichos. Quare Ahrensio assentiri non possum, qui bucol. II p. 516 ad vs. 21 dicit: „Ceterum hac Boeotica nominis origine commendatur scriptura Σιμμιχίδας, quam libri partim tuentur". Bene igitur etiam in Fistula se habet forma cod. Palatini Σιμιχίδας.

Cur vero idem nomen quod Theocritus in Thalysiis Fistulae auctor usurpaverit, haec quaestio prima specie videtur pendere a numero calamorum. In Fistula enim bini versus fistulae calamum complectuntur ita ut calamus longissimus duobus hexametris dactylicis completis compositus sit, reliqui deinceps decrescant[2]). Nostrum igitur carmen cum viginti versibus constet, denos calamos exhibet, quamquam plerumque fistula septenis est cannis composita[3]). Itaque Salmasius acutissime coniecit poetam propterea decem fistulae calamos praetulisse, quod Theocriti idyllia mere bucolica decem numero erant collatis Servii verbis „sed est sciendum sex eclogas esse mere rusticas, quas Theocritus decem habet". At vir doctissimus oblitus est demonstrare Fistulam post idyllia bucolica conscriptam esse[4]). Aliter de calamorum numero Bergkius p. LXXII iudicat auctorem Fistulae (sec. id. VIII, 18) novem calamos tribuisse idque etiam ab Holobolo affirmari; duos autem novissimos versus, qui redundare videantur, annuli speciem exhibere, cuius ope fistula suspendi potuerit. — At ex ea re quod Theocritus in certamine inter Daphnin et Menalcam fistulam novem calamorum commemorat, nihil consequitur de Fistulae carminis calamis. Iam quod Holobolus testatur Theocriti Fistulam esse ἐννεάφωνον, ut concedam hoc aliunde descriptum esse, eo loco ubi eiusmodi annotationem invenerat, ad illud Theocriti idyllium referebantur verba, quae Holobolus inde ad Fistulam poemation transtulit. Dicit enim in cod g et qui ab illo pendet r: τὸ ἐπιγραμμάτιον ἡ Σῦριγξ τοῦ Θεοκρίτου ἐστι μὲν ἐννεάφωνον, ὡς ὁρᾷς, ὀπὰς γὰρ ἔχει ἐννέα, quae verba sine dubio aut ementiri aut aliunde repetere potuit. At verba

1) cf. mitteil. d. arch. inst. IX, 1884 p. 386, 6; promulgavit Pericles Zerlentes.

2) cf. Tibull. II, 5, 31: fistula cui semper decrescit arundinis ordo, nam calamus cera iungitur usque minor.

3) cf. Ovid. met. II, 682. Vergil. bucol. II, 36. Zoega bassirilievi I tav. XIV. Boetticher, baumkult der Hellenen tab. nr. 32. Brunn, Rilievi delle urne Etrusche vol. 1 Rom. 1870 tab. XCIII, 5 et 6; Mueller.-Wiesel. denkm. II tab. XLIX. nr. 615. Clarac Musée de sculpture tom. IV pl. 711 nr. 1694, pl. 726 E nr. 1736 L, pl. 739 nr. 1780. Overbeck. gesch. d. gr. plast. vol. II 1858 p. 52 fig. 71 et p. 267 fig. 93.

4) Falso Birtius antik. buchw. p. 397 de eadem re indicat.

ὡς ὁρᾷς referuntur ad Fistulae effigiem qua viginti technopaegnii versus in cod. g semel inclusi sunt [1]). Pergit vero: συνέστηκε δὲ ἐκ μέτρων μὲν ὅλων δακτυλικῶν, ποσότητι δέκα, διαφερόντων δὲ ἀλλήλοις. ἤγουν τὸ μὲν πρῶτον τρίστιχον ἑξάμετρον ἀκατάληκτον ἤτοι μὴ δεόμενον καταλήξεως, μετρούμενον ὡς ἡρωικόν: τὸ δὲ δεύτερον δίστ. ἑξάμ. καταλ., ἤγουν ἀτελές· δέεται γὰρ καταλήξεως, ἤτοι μιᾶς συλλαβῆς κτλ. .... τὸ δὲ ἔννατον δίστιχον δίμετρον ἀκατάληκτον μὴ δεόμενον συλλαβῆς ὡς τέλειον δίμετρον. τὸ δὲ δέκατον δίστιχον διμετρὸν καταληκτικὸν ἤγουν δεόμενον συλλαβῆς ὥστε γενέσθαι τέλειον δίμετρον, unde apparet in Holoboli fonte ex quo haec hausit, Fistulam denis calamis compositam fuisse. Eadem enim verba exstant apud scholiastam Palatinum; Holobolus ea additamentis auxit et amplificavit, ut suam quoque ostenderet doctrinam; cf. schol. Pal.: τὸ δὲ ποιημάτιον συνέστηκεν ἐκ μέτρων ὅλων μὲν δακτυλικῶν, ποσότητι δὲ διαφερόντων. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον δίστιχον ἑξάμετρον ἀκατάληκτον. τὸ δεύτερον δὲ ἑξάμετρον καταληκτικόν· τὸ δὲ τρίτον κτλ. .... τὸ δέκατον δίμετρον καταληκτικόν, τὰς καταλήξεις ἔχον χορίαμβον καὶ μολοσσόν. Annotationis περὶ τῶν κώλων τῆς Σύριγγος in editione Calliergiana auctor Holoboli commentarium iterum excerptum verbotenus fere expressit. — Annulum vero in fistulae parte magis tenui fuisse nemo nescio an concedat — nedum in poematio, quod ut suspenderetur nemo requirebat — sed si omnino erat, in contraria parte, ubi maximus erat calamus [2]). Praeterea fistula ut suspendi posset, simplici loro cingebatur [3]) aut si ea non canebatur, pastores eam in togae sinu vel in pera ponere solebant. Sed tota quaestio quare commotus poeta novem an decem calamos praetulerit, supervacua est. Poeta enim metro cogebatur decem calamorum Fistulam conformare. Initium igitur cepit ab hexametro versu quem paulatim per binos versus decrescentem facit atque id quidem quantum fieri potuit quatenusque per Fistulae formam licebat, ut calamus saltem brevissimus relinqueretur, qui verbis Καλλιόπαι | νηλεύστωι fingitur. Ultra vero progredi et plus demere de versibus non licuit, quod bini nudi dactyli vel trochaei totum carmen concludere non possunt atque tum metrum esse desinit. Praeterea vix invenisset auctor verba, quae et eius modi versuum compositioni responderent et integram praeberent sententiam. Hoc igitur periculum cum scite vitasset, carmen finivit molosso νηλεύστωι ut apte in conclusione spondeum poneret loco dactyli in versu dimetro Καλλιόπαι, qui illi respondet. Publilium Optationum Porfyrium, qui Graecae Fistulae formam imitatus est, usitato septem calamorum numero uti Bergkius opinabatur sec. Wernsdorf. poet. min. II, 384, quamquam carmen quindecim hexametris compositum est; primum enim calamum ternis hexametris constare, reliquos binis, neque tum video causam cur

[1]) cf. Duebn. schol. Theocr. p. 170 not. ad. Holob. comment. vs. 3.
[2]) cf. Müller.-Wiesel. denkm. II, 153 a.
[3]) cf. Baumeister. denkm. p. 107 nr. 113 taur. Farnes.

Bergkius subditicium versum Fistulae praemissum a Porfyrio iam in libris repertum esse veritus sit concedere. At Optatiani Porfyrii Fistulam quindecim calamis esse compositam vel inde apparet, quod Porfyrii Fistulae calami per singulas litteras decrescunt [1]).

Hac igitur calamorum numeri, quippe qui necessitate quadam metrica prodierit observatione nihil de auctoris consilio discimus. Quid vero in animo habuerit auctor, docemur gripho vs. 12 Πάρις Σιμιχίδας. Quo tandem iure Theocriti nomine ita quasi abusus est? Nam si quis Paridem vocat Θεοκρίτην, dearum iudicem, quod ἔκρινε τὰς θεούς et hoc nomen denuo mutat in Θεόκριτον, ut ad poetam bucolicum per iocum spectet, nostra quidem mente comprehendere possumus. Hanc igitur rationem pro Paride dicendi Theocriti prius esse factam necesse est quam rationem inversam qua Theocritus nominatur Paris, quod haec nomina synonyma sint. Atque ut haec breviter complectar, dico prius licuisse Paridem appellari Theocritum, quam hunc Paridem Simichidam. Unde igitur Fistulae auctor hunc griphum arripuit? Nam sicubi griphum quo pro Paride dicitur Θεόκριτος compositum iam invenerat, tum proximum erat ut ipse contrarium griphum, quo pro Theocrito dicitur Paris, formaret. Atque hanc quidem nostram sententiam re vera firmatam invenimus Dosiadae Ara (vs. 10). Ibi enim Philoctetes appellatur Θεοκρίτοιο κτάντας, Theocriti i. e. Paridis interfector. — Possumus igitur statuere Fistulae auctori hanc Aram notam fuisse atque Fistulae auctorem poematio suo responsum dare ad Dosiadae Aram. Quare fieri non potest ut Wilamowitzii comprobem sententiam [2]), qui dicit Dosiadae Aram conditam esse post Fistulam, quod Fistulam Ara imitetur cum in aliis tum in eo quod Priami filium Paridem appellet Theocritum. Praeivit Bergkius [3]), cuius opinio videri Dosiadam ludendi causa Theocriti colorem aemulatum esse facile reici potest, si rationem inter utrumque carmen intercedentem diligenter respicimus. Quo instituto inveniemus alterum carmen ex ipsa alterius aemulatione prodisse, inveniemus autem non ante Aram Fistulam componi potuisse. Hac igitur consideratione iam ad quaestionem quae intercedat ratio inter hanc Aram et Fistulam, deducti sumus. Videbimus autem ea quae supra iam breviter perstrinximus hac expositione firmari. Cavendum tamen est ne nimium quaerentes ex omnibus verbis quibus similitudo quaedam inter utrumque carmen comprobatur, quidquam de ratione inter utrumque intercedente deducamus neve verbis singulis plus quam par est tribuamus. Quamobrem fieri non potest quin primo loco ea tantum verba respiciamus, quae aut in his duobus carminibus solis aut omnino rarissime inveniuntur; tum reliquis rebus similibus, atque minoris

---

1) cf. Mueller. Publ. Opt. edit. p. 68; Gardthausen. palaeogr. Graec. p. 125.

2) de Lyc. Al. p. 12.

3) AL. p. LXXXIV.

momenti accedentibus tamen adiumentum praebebitur ad ea quae iam e gravioribus rebus ut erueremus nobis contigit, levioribus ultro firmanda. Necessitudine enim quae est inter Aram et Fistulam, Bergkius commotus est, ut communem utriusque carminis originem suspicaretur. Concedo prima specie facile nos adduci posse, ut communem utriusque carminis fontem esse statuamus sed accuratius comparantibus nobis id non licere apparebit. Si vero illud probatum erit, tum nobis in his duobus poematiis stare non licebit; immo tum omnium griphorum communem fontem statuere cogimur, velut lexicon quoddam aenigmaticum eiusdem generis, cuius Clearchi de griphis librum.

Similitudines igitur quae primo obtutu nobis apparent, proxima iam commentatione illustrandae sunt, qua in re praemittendum est ex diversitate formae utriusque carminis (fistulae et arae) effici argumenti quoque diversitatem. Itaque nonnunquam eadem vocabula (ut δίζωος, ἀπάτωρ) diverso sensu usurpantur.

In Ara (vs. 10) Paridem appellari Theocritum, quod certamen inter tres illas deas diiudicavit, iam diximus. Ludit igitur auctor Theocriti bucolici poetae nomine. Nam cum totum hoc poeseos genus penes Dores grammaticos esset atque Doricam redoleret dialectum, Theocritus autem Dorensis Coi, prope Simiae patriam, natus, Philetae grammatici et glossographi discipulus postea Alexandrinus esset, Arae auctor ad Paridem significandum pro voce θεοκρίτης propterea nomen Θεόκριτος formavit, quod ludendi causa bucolici poetae vivi et praesentis nomen in memoriam revocare studuit, Theocriti vero i. e. Paridis interfector est Philoctetes, ne quis de Antigono, qui Theocritum Chium interfecit[1]), cogitet. Ergo cum Theocritus Cous in lusione nominis respiciatur, — quod nisi ita se haberet, certe θεοκρίτης (= dearum iudex) Dosiadas dixisset — fieri non potest quin Arae auctorem cum Theocrito aliquam habuisse rationem statuamus. Iam vero hoc nomen Fistulae auctor (vs. 12) arripuit et inversa dicendi ratione Theocritum poetam vocat Paridem Simichidam. Praeterea in utroque poematio saepius Panis, Ulixis, Mercurii, Penelopes nomina sub griphis latent. Ita in Fistula (vs. 5) Pan appellatur δίζωος, quod humano corpore, pedibus caprinis est praeditus; Ulixes vero, Panis vitricus, in Ara (vs. 17) vocatur δίζωος (cf. et. vs. 2 δίστηβος de Iasone), quod et ante quam Orcum intravit et ex eo egressus vivebat. Qui consensus nisi artior quasi affinitas inter Ulixem et Pana intercederet, nullius esset momenti. In Fistulae initio Penelope dicitur Panis mater nec non in Ara[2]). Penelopae εὐνέτας Ulixes vocatur

1) cf. Plutarch. quaest. symp. II, 1, 9.

2) vs. 16 Πανός τε ματρὸς εὐνέτας; de Panis origine cf. Herod. II, 145. A. Plan. IV, 229; schol. Ambros. ad Theocr. Daphn. vs. 3 et 123; schol. Verg. Aen. II, 44 (Thilo Servii comment. I p. 223); schol. Verg. bucol. 4, 58 (Keil. Val. Prob. comment. p. 9); Aristid. ap. Phot. bibl. p. 427 a 31. Ahrensii annotat. ad schol. bucol. II p. 460—462.

in Ara, in Fistula Penelopa ipsa εὐνάτειρα. Ulixes in Ara (vs. 16) nominatur φώρ fur; in Fistula Pan κλωποπάτωρ non solum quod Mercurius eum clam Ulixe cum Penelopa genuit sed etiam, ut Pediasimus interpretatur[1]), quod filius est Mercurii furis, cuius primum facinus in hymno Homerico (22—181) et ab Horatio[2]) fuisse dicitur Apollinis armenta furari. Utrumque porro carmen exhibet verba στῆτα pro γυνή (ut in Fistula vs. 14 Omphale; Medea in Ara vs. 1 vocatur), ἀπάτωρ (Fist. 15 Pan. Ar. 7 Vulcanus), Μέροψ (Fist. 5. Ara 2); in Fistula (vs. 16) Pan appellatur λαρνακόγυιος[3]), Talus in Ara (vs. 6) γυιόχαλκος. Haec vox est falso formata pro χαλκόγυιος (ut χαλκοβόας, χαλκόγενος, χαλκόνωτος, χαλκόπους al.). Quae omnia diligentius si consideraverimus id sequetur, ut Fistulam posterius quam Aram conditam esse concedas. Primum enim ut Fistulae griphos, i. e. omnia fere poematii verba, solvamus interpretatione multo difficiliore opus est; ergo Fistulae auctor Arae auctorem obscuritate sermonis et aenigmatis superavit. Nam cum in Ara Penelope simpliciter dicatur Panis mater, in Fistula obscurius dicitur οὐδενὸς εὐνάτειρα κτλ. In Ara Vulcanus ἀπάτωρ dicitur; hanc notionem de Pane usurpatam superare et augere studet Fistulae auctor qui addit κλωποπάτωρ, quamquam hoc epitheton plane est supervacuum. Denique prius Paris vocari potuit Theocritus, id quod in Ara fit, quam vice versa Theocritus Paris Simichidas, ut in Fistula. Atque hoc quidem videtur testari codicis Palatini scholiasta ad Fist. vs. 12 verbis: Θεόκριτος δὲ Πάριν ἑαυτὸν εἶπεν ἐπειδὴ ὁ Πάρις τὰς θεὰς κρίνων ὑπό τινων Θεόκριτος ὠνομάσθη, quam annotationem Holobolus ad verbum fere descripsit. Inde enim colligi potest iam ante Fistulae auctorem fuisse qui Paridem vocarent Theocritum et hoc cum in Ara fiat, hanc esse prius conditam quam Fistulam.

Iam vero quisnam Fistulam composuerit, tandem videamus! Dosiadam Arae auctorem non diversum esse ab historico qui res Cretensium perscripsit[4]), Heckerus I p. 127 affirmavit, Wilamowitzius p. 12—13 comprobavit. Atque Dosiadam Cretensem cum Fistulae poeta eam amicitiam exercere quam Lycidam in Thalysiis cum Theocrito idem Wilamowitzius p. 13 primus monuit. Lycidas igitur Thalysiorum est Dosiadas e Wilamowitzii coniectura et Theocritus Fistulae auctor, id quod codices iure testantur. Egregia praeterea est eiusdem coniectura poeticorum certaminum qualia inter sodales Coos exercebantur, monumenta superesse Aram Dosiadae,

---

1) Ἑρμοῦ τοῦ κλέπτου υἱέ.
2) Od. I, 10 sec. Alcaeum cf. Bergk. PLGr. fr. 7.
3) i. e. χηλόγυιος. λάρναξ est χηλός, et χηλόγυιος a voce χηλή derivatur; cf. Min. Fel. 22, 5 „pedibus Pan ungulatis" in Corp. script. eccles. Latin. e rec. Halmii 1867 vol. II p. 32.
4) cf. Mueller. fr. hist. IV p. 399.

Fistulam Theocriti [1]). At haec omnia non sufficiant ad probabilitatem, nisi causas ostenderimus cur Dosiadas Lycidas, Theocritus Simichidas, Asclepiades Sicelidas, Alexander Aetolus Tityrus appellatus sit. Ac de Simichida quidem diu multumque frustra ab omnibus fere Theocriti interpretibus et editoribus disputatum est. Pars enim, cuius propugnatorem dico Welckerum [2]) existimat nomen esse pastoricium et fictum; pars de Theocriti patre, vitrico, patruo, avo cogitat! At Theocriti patrem fuisse Praxagoram Coum Artemidorus testatur. De his rebus optime adhuc iudicavit Aug. Wissowa [3]). „Praxagorae filium eum fuisse Artemidoro eo lubentius credo quod intellegi non potest, cur ipsi Theocrito huius rei testi locupletissimo fidem ille non habuerit Simichidae aut Simichi se filium esse dicenti, et unde Praxagorae patris nomen acceperit, nisi hoc verum esse et antiquitus traditum statuimus. Alterum illud nomen non dubito quin ex hoc carmine petitum sit.“ Sed quoniam carmen figuratum a Theocrito compositum esse in bucolico certamine supra vidimus, luce clarius est Theocritum Simichidam, Simiacae poeseos heredem se nominare, quia Simiam in componendis technopaegniis imitatus est. Nam Simichidam a Simia derivandum esse supra iam demonstravimus; hoc igitur nomen eandem habet notionem quam Ὁμηρίδης, Ἀσκληπιάδαι, Κηρυκίδαι, Δαιδαλίδαι, Βραγχίδαι, Ἰαμίδαι, de quibus cf. Welcker. ep. cycl. I p. 162.

Tityrum (Thalys. 72) neminem nisi Alexandrum Aetolum esse iam Meinekius [4]), atque illum non diversum esse a Tityro in Comissatione Wilamowitzius (p. 13) perspexit. Auctor enim argumenti ad Bucoliastas tradidit Alexandrum Aetolum de Daphnide egisse [5]) et Tityrus in Thalysiis (vs. 72 e. q. s.) de Daphnide cecinisse dicitur. At nemo adhuc demonstravit cur Tityrus vocatus sit Alexander Aetolus. Atque omnia nomina obscura quae in Thalysiis exstant per griphos quodam modo explicanda esse censeo. Tityrus vero est Satyrus [6]). Iam vero e Suida (Westerm. p. 144) constat Alexandri Aetoli patrem fuisse Satyrum [7]). Hoc quidem

---

1) Id tamen hoc loco memorandum est, quod Wieselerus me scite riteque monuit, tum Fistulam esse antiquissimum monumentum fistulae imparibus calamis compositae; nam fistula quam gerit Satyrus Pergamenus (40. Berlin. Winckelmannsprogr. v. A. Furtwängler 1880 tab. I), paribus constat calamis.

2) Kl. Schrift. I p. 4 not. 7.

3) Theocr. Theocr. p. 41.

4) bucol. ^{3} p. 254 coll. Anal. Alex. p. 250.

5) Schol. Ambr. Ziegl. p. 62 Ἀλέξανδρος δέ φησιν ὁ Αἰτωλὸς ὑπὸ Δάφνιδος μαθεῖν Μαρσύαν τὴν αὐλητικήν; sic. corr. Meinek. Anal. p. 250 cod. ἁλιευτικήν.

6) cf. schol. Thalys. 72: τινὲς δὲ παρὰ Δωριεῦσι τοὺς Σατύρους ἀποδεδώκασι λέγεσθαι; cf. et schol. ad Theocr. Comissat. 2 Ziegl. p. 27. Aelian. var. hist. III, 40: ὅτι οἱ συγχορευταὶ Διονύσου Σάτυροι ἦσαν οἱ ὑπ' ἐνίων Τίτυροι ὀνομαζόμενοι; argum. Comiss. Meinek. Bucol. p. 7 cod. Medic. 37 ap. Ziegl. Theocr. edit. 3 p. 193: τὸν δὲ Τίτυρον οἳ μὲν κύριον, οἳ δὲ σάτυρον εἶναι φασίν.

7) Ἀλέξανδρος Αἰτωλὸς ἐκ πόλεως Πλευρῶνος υἱὸς Σατύρου καὶ Στρατοκλείας γραμματικός. cf. et. Meinek. Anal. Alex. p. 215.

Suidae credendum est neque dici potest patris nomen apud illum e Thalysiis fictum esse; certissime enim nesciebat hunc Tityrum esse Alexandrum Aetolum; ergo patris nomen recte tradidit, praesertim cum ne Vergilius quidem in usurpando Tityri nomine de se ipse (bucol. I, 1 saep.) id intellexerit. Ergo Alexander Aetolus, Satyri i. q. Tityri filius, per griphum ut ita dicam patronymicum vocatur Tityrus. Simili enim modo Battiaden Callimachum apud Theocritum in Pastoribus appellari Battum iam Hartungius [1]) coniecit. Iam vero apparet cur Lycidas, qui in Thalysiis (vs. 10) Cretensis esse dicitur, Dosiadas sit. Scholiis enim ad Thalys. 78 docemur narrationem de pastore qui ab hero in cista inclusus erat, hausisse eum e Lyco Regino, quare non male Dosiadas vocatur Lycidas. Neque aliter Asclepiadae usitatum cognomen Σικελίδας [2]) fortasse explicandum est, quamquam griphum ut dissolverem nondum mihi contigit. Nam quod scholia Thalys. 40 ex Sicelidae nomine patris nomen eruunt, eadem iniuria dicunt qua Theocriti patrem Simichum. — Et quoniam vidimus partem nominum e patris nomine, partem griphis formatam esse, haud ita magno negotio de reliquis quoque personis ut divinemus continget. Primum quod Lycidas = Dosiadas in fine cantilenae Comatae nomen ponit, ipse suo invento usus est [3]); haec enim certe alicuius narrationi de caprario apibus nutrito opposita esse docemur repetitione sententiarum vs. 78—81 et 84—85. Et profecto eandem fabulam ab aliis non de Comata sed de Menalca sive Daphnide narratam esse tradunt scholiastae [4]). Atque de Daphnide illud narratum esse ab Alexandro Aetolo suspicor (sec. hypoth. ad Bucoliast.). Quis vero idem de Menalca videtur cecinisse? Lycidae carmen non solum Alexandrum Aetolum praedicat sed etiam in Ageanactis adulescentis cuiusdam Mytilenam profecturi (non Mytilenaei ut falso scholiasta tradit), laudem compositum est propempticon atque hunc Ageanactem, qui Menalcam pro Comata posuisse videtur, neminem esse nisi Hermesianactem Colophonium existimo. Hic enim Menalcae historiam tractaverat [5]). Ἑρμησιάναξ

---

1) bucol. p. X et XI.

2) Thalys. 40; Hedyl. ap. Athen. XI p. 473 b = append. epigr. 28: ἀλλὰ παρ' οἶνον Σικελίδου παίζει πουλὺ μελιχρότερον. Meleag. AP. IV, 1, 46 ἐν δὲ Ποσείδιππόν τε καὶ Ἡδύλον, ἄγρι' ἀρούρης Σικελίδεώ τ' ἀνέμοις ἄνθεα φυόμενα.

3) cf. Wilamow. p. 13 *.

4) ad vs. 78 Ahr. bucol. II p. 263 τὶς αἰπόλος καλούμενος Κομάτας … ταὐτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν Μενάλκας κτλ. Ziegl. p. 57 φασὶν ὅτι Θεόκριτος τὰ τοῦ Δάφνιδος εἰς τὸν Κομάταν μετέθηκε. τοῦτον γὰρ ἡ μήτηρ ἐξέθηκε. ad vs. 83: πέπλασται τὰ περὶ τοῦ Κομάτα ὑπὸ Θεοκρίτου παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οὐ παραλαμβανόμενα. ὑπὸ μελισσῶν τρεφόμενον ἐποίησε τὸν Κομάταν καθάπερ ὁ Δάφνις ἱστορεῖται.

5) cf. hypoth. id IX οὐδὲν δὲ ἔχει πρὸς τὸν Μενάλκαν τοῦτον ὄντα Σικελὸν τὰ ὑπὲρ Μενάλκου Χαλκιδέως, ὅν φησιν Ἑρμησιάναξ ἐρασθῆναι τῆς Κυρηναίας Εὐίππης καὶ διὰ τὸ μὴ τυγχάνειν αὐτῆς κατακρημνισθῆναι et schol. VIII, 55: καὶ Ἑρμησιάναξ λέγει τὸν Δάφνιν ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ Μενάλκα cf. et argum. VIII.

vero ideo per griphum 'Αγεάναξ vocatur, quod Ἑρμῆς est ἀγός i. q. ψυχοπομπός, ὁ ψυχαῖς ἡγούμενος cf. Odyss. ω 5 et 9[1]). Hermesianax Callimachi aequalis inter aetate minores habetur, nam e Lycidae cantilena cognoscimus eum Lycidae delicias fuisse. Ille enim[2]) inter Cyrenaeos Aristippum laudat sed nondum Callimachum; neque Philetam iam mortuum (vs. 75—78) praeterit. Ceterum statim post Callimachum vix quisquam divum Homerum et Antimachi Colophonii Lyden ita collaudaverit ut Hermesianax[3]). Atque ut Theocritus, Zenodotus, Ptolemaeus Philadelphus, ita Hermesianax Philetae, quem laudat vs. 77, discipulus erat[4]).

Praeter hos in Thalysiis inducitur Theocriti amicus quidam, qui vs. 2 'Αμύντας et vs. 132 'Αμύντιχος appellatur. Griphus hoc modo dissolvendus est: nomen fictum est de verbo ἀμύνω; ἀμύνω idem significat quod ἀλέξω; ergo 'Αμύντας est 'Αλέξας. Hunc Alexam me reperisse existimo in Athenaei verbis XIV p. 620 e: ὁ δὲ 'Ιωνικὸς λόγος τὰ Σωτάδου καὶ τὰ πρὸ τούτου 'Ιωνικὰ καλούμενα ποιήματα 'Αλεξάνδρου τε τοῦ Αἰτωλοῦ καὶ Πύρητος τοῦ Μιλησίου καὶ 'Αλέξου καὶ ἄλλων τοιούτων ποιητῶν προφέρεται. Atque Pyreta non diversum esse a Pyrrho Milesio, de quo Suidas s. v. Σωτάδης[5]) dicit Σωτάδης ... ἔγραψε φλύακας ἤτοι κιναίδους διαλέκτωι 'Ιωνικῆι· καὶ γὰρ 'Ιωνικοὶ λόγοι ἐκαλοῦντο οὗτοι. ἐχρήσατο δὲ τῶι εἴδει τούτωι καὶ 'Αλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς καὶ Πύρρος ὁ Μιλήσιος κτλ. Meinekius Anal. Alex. p. 245 demonstravit collato versu Il. Τ 327 εἴ που ἔτι ζώει γε Νεοπτόλεμος θεοειδής, ubi pro Neoptolemo vel Pyrrho etiam Pyres legebatur cf. schol. Venet. A: τεκμήριον δὲ τῆς παρασκευῆς τὸ καὶ ἑτέρως φέρεσθαι τὸν στίχον· εἴ που ἔτι ζώει γε Πυρῆς ἐμός, ὃν κατέλειπον. Eiusdem Pyrrhi fieri mentionem in Theocriti Pastoribus vs. 31 εἰμὶ μελικτάς, κεὖ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι, εὖ δὲ τὰ Πύρρω iure Meinekius[6]) suspicatus est, quamquam scholiasta annotat ὁ δὲ Πύρρος 'Ερυθραῖος ἢ Λέσβιος μελῶν ποιητής.

Neque aliter verum Eucriti (Thalys. 1 et 131) nomen potest erui. Ex ea ratione qua in Thalysiis simul cum Theocrito Simichida nominatur, conicio Theocriti eum fuisse fratrem. Nomen enim

---

1) sec. Athenaeum p. 99 b Aeschylus Plutonem Agesilaum vocasse fertur cf. et. Callimach. lavacr. Pall. 130. Hegesippi epigr. AP VII, 545.

2) Leont. β' 95 ap. Bergk. AL p. 137.

3) vs. 29 et 41. cf. e. gr. Agatharchid. ap. Phot. bibl. p. 446 b 34.

4) cf. schol. Nicand. Theriac. 3 ὁ 'Ερμησιάναξ φίλος τῶι Φιλητᾶι καὶ γνώριμος ἦν. Pausaniae verba I, 9, 7: 'Ερμησιάναξ δὲ ὁ τὰ ἐλεγεῖα γράψας οὐκέτι ἐμοὶ δοκεῖν περιῆν. πάντως γάρ που καὶ αὐτὸς ἂν ἐπὶ ἁλούσηι Κολοφῶνι (ol. 119, 3) ὠδύρατο, quicunque eius noverit confusionem omnium rerum quae post Alexandri Magni mortem gestae sunt, nobis non obiciet. cf. Nic. Bach. Philetae Hermes. Phan. reliqu. Halis 1829 p. 90 et p. 92: „verisimile est igitur Hermesianactis florem cadere in Ptolemaei Lagi et Philadelphi tempora ut una cum Theocrito aliisque poetis et grammaticis illustribus Philetae discipulus habendus sit."

5) Westerm. p. 114.

6) Anal. p. 246.

Εὔ-κριτος idem valet quod Περι-κλῆς[1]) atque e scholiis Thalys. 21 compertum habemus Theocriti avum fuisse Periclem Erchomenium. Fuit igitur Eucritus, rectius Pericles, cuius nomen Theocritus frater gripho ad formam sui nominis (Θεό-κριτος et Εὔ-κριτος) composito dissimulat, Praxagorae filius, Periclis Erchomenii nepos. De reliquis personis quid statuendum sit, prorsus incertum est. Aristin vs. 99, quo in nomine Bergkius Aristarchum latere existimavit ut in Ageanacte Hegesianactem, quamquam his posterior aetas tribuenda est, verum esse nomen „maxime ex vocabuli ἄριστος (vs. 100) similitudine in ficto nomine hic prorsus inepta" Herm. Fritzschius[2]) affirmat sed Hillerus iure monuit hoc nomen inter sodales Coos iam notum et usitatum nequaquam a Theocrito demum inventum esse[3]). — Philinum (vs. 105 et 118) non diversum esse opinabar ab eo qui a Stratone comico[4]) inter convivas refertur eodem loco ubi Philetae glossas ludibrio habet; videtur igitur etiam Philinus Philetae discipulus fuisse, quocum bene congruebat, quod in glossographorum serie[5]) etiam Philinus refertur. Idem iterum innuitur in Pharmaceutriis vs. 115 id quod iam Paleyus suspicabatur. Sed quis quandoque vere fuerit Philinus, Wilamowitzius detexit; Philinus enim Cous olymp. 129 ($2^{64}/_{63}$) et iterum ol. 130 ($2^{60}/_{59}$) in stadio vicit[6]). Pharmaceutrias vero in idem fere tempus cadere atque Thalysia mea quidem est opinio. Haec enim carmina composuit Theocritus aetate provectus et fama iam florente i. e. circa annum 250 a. Chr. n. Neque video impedimentum, quominus verba vs. 47:

καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδόν
ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι

ad Apollonium Naucratiten referantur, id quod contra Merkelium Apoll. Argonaut. proleg. p. XXV moneo. Carmen Aeolicum tertium senex scripsit Theocritus[7]). Thalysia igitur utique post Fistulam conscripta sunt; nam si contrarium verum esse statueremus, tum simul concedendum nobis esset et Thalysia et Dosiadae Aram Fistulae auctori in manibus fuisse, id quod per se probabile non est. Ex ea quoque re, quod Fistula post Aram composita est et ex Arae versu decimo non sequitur, ut iam tum Theocritum mortuum esse statuamus; immo in certamine Coo prior Dosiadas Aram condidit, cui per Fistulam respondit Theocritus; Θεοκρίτοιο κτάντας est iocus vivo Theocrito, qui in Fistula respondit se Paridem Simichidam vivum hanc Fistulam Pani dedicare. Est vero ἀναχρονισμός, quod Theocritus in Thalysiis Lycidae vs. 52 et Simi-

---

1) ut Εὔμητις = Κλεοβουλίνη cf. Plut. conv. cap. 3 Didot. Mor. I p. 178.
2) ed maior. ad vs. 99.
3) Ceterum Aristis quidam memoratur inter Eratosthenis discipulos (Suid. in Eratosth. vit. Westerm. p. 368).
4) Ath. IX p. 382 d.
5) Athen. XV, 681 b.
6) cf. Euseb. Chron. lib. I ed. Schoene vol. I p. 208, 15, 18.
7) cf. vs. 13, quem sic emendo: λεύκαις οὐκ ἐίδησθ' ὄττι φόρεις ἐν κροτάφοις τρίχας.

chidae vs. 96 cantilenas tamquam in certamine Coo in medium prolatas fingit. Neque enim Ageanactis propempticon Dosiadas in certamine bucolico collocavit, sed carmen figuratum et griphis refertum. Symposion non defuisse credibile est; nam griphi solebant esse συμποτικὰ ζητήματα [1]). Cur Theocritus Simichidas qui e certamine superior videtur discessisse, quia (sec Thalys. 128) a Lycida pedum accipit, carmine in fistulae formam composito responderit Dosiadae facile est dictu, dummodo Thalys. vs. 28 respiciamus quo Lycidam praedicat Simichidas, quod egregie fistula canere sciat. Referenda sunt haec verba ad Fistulam, cuius carminis figura non modo Panis habet rationem sed etiam iocose et honorifice Dosiadae tangit artem poeticam. Neque mirum est, quod Theocritus palmam nactus est; Fistula enim multo difficiliores et plures continentur griphi quam Ara. Praeterea Dosiadas, id quod ex eius in Thalysiis cantilena cognovimus, carmen de Comata composuerat atque id quidem scite in Fistula (vs. 3) a Theocrito tangitur. Suspicor ea quoque poematia quibus Comatam Dosiadas, Alexander Aetolus Daphnidem, Menalcam Hermesianax collaudasse feruntur, in bucolico sodalicio Coo esse recitata, quare Theocritus in Thalysiis ad illa potissimum spectat. Fistulam vero quam Theocritus ipse ad illud certamen composuerat, modeste in Thalysiis pressis verbis non commemorat ita ut nos quidem id eruere possimus sola e mentione Simichidae et Comatae.

Iam vero videamus num huius in Thalysiis certaminis tempus accuratius possit definiri. Philetam et Asclepiadem, qui tum cum Thalysia scripsit Theocritus iam erant mortui, certamini bucolico interfuisse veri simile est; de Arato Theocriti amico in Thalysiis (98 et 122) tamquam vivo fiunt verba, eius enim hymnum ad Panem (vs. 106) respici iure coniecit Haulerus [2]). Eum vero certamini poetico interfuisse ex nulla re apparet. Thalysia Alexandriae sunt scripta, nam Jovis nomine (vs. 93) Ptolemaeum Philadelphum significari ingeniose coniecit Reiskius [3]). Ptolemaei et Arsinoes sororis conubium a Theocrito [4]) et Sotade [5]) cum Jovis et Junonis nuptiis comparatur; Sostrati verbis quibus pugna ad Leucollam promunturium facta Antigono respondet Il. O, 201: τόνδε φέρω Διὶ μῦθον Ptolemaeus significatur; apud Callimachum [6]) Jupiter est Ptolemaeus [7]). Neque enim unquam obliviscendum est etiam Theocritum fuisse poetam aulicum, atque hoc idem cadit in eius Fistulam. Pan enim qui in Fistula tantis laudibus celebratur, qui barbaros ex Europa pepulisse dicitur nemo est nisi Antigonus Gonatas, qui Gallos ad

[1]) cf. Bekk. Anecd. Gr. I p. 227, 23.
[2]) de Theocrit. vita et carm. p. 13.
[3]) cf. Horat. epist. I, 19, 43 Jovis i. e. Augusti; Meinek. bucol. p. 257.
[4]) Encom. in Ptol. 133.
[5]) Plut. quaest. con. IX 2.
[6]) hymn. in Jov. 55.
[7]) cf. Wilamow. Antig. Caryst p. 228.

Lysimachiam tanta caede devicit, ut reliqui in Asiam se convertere cogerentur [1]). Hanc victoriam Panis praecipue auxilio deberi vulgata erat opinio [2]). Itaque non solum Aratus iussus ab rege [3]) sed etiam Castorio [4]) hymnum in Pana composuerunt; Clearchus deinde post Castorionem cuius attulit versus, librum conscripsit περὶ τοῦ Πανικοῦ [5]). Antigonus rex ipse Pani dedicavit phialam cum inscriptione Βασιλεὺς 'Αντίγονος Πανί [6]). Macedoniae rex factus est post illam victoriam Antigonus ol. 125, 4 (277/76). Potuit igitur Aratus iam anno 277 hymnum in Panem conficere, postquam Athenis cum Persaeo in Macedoniam profectus est [7]). Eodem fere tempore Theocritus et Alexander Aetolus bucolico sodalicio Coi delectabantur. Alexandrum Aetolum inde in Macedoniam pervenisse docemur Arati vita [8]). Crederes etiam Theocritum eo iter fecisse, siquidem Fistulam Antigono ab eo circa ol. 126, 1 (276/75 a. Chr.) dedicari recte statuimus. Et profecto hoc videtur factum esse. Invenimus enim in Theocriti Hierone (vs. 7), quo carmine Hieronis gratiam sibi studet conciliare, poetam conqueri, quod alicubi non benigne sit acceptus: „quis, inquit, meas Gratias recipiet neque iterum sine donis dimittet?" Praeterea (vs. 34) praedicat imprimis Thessaliae tyrannorum hospitalitatem (vs. 39) et munificentiam velut Antiochi, Aleuadarum, Scopadarum ita ut sentiamus eos opponi illi Thessaliae regi, qui poetam non tam benigne recepit. Hoc carmen a Theocrito compositum est ante ol. 127, 3 (270) cum Hiero nondum Syracusanorum rex creatus esset [9]). Post Hieronem scriptum esse encomion in Ptolemaeum elucet cum ex aliis rebus tum maxime e versu 115 Μουσάων δ' ὑποφῆται ἀείδοντι Πτολεμαῖον ἀντ' εὐεργεσίης [10]). Atque encomion Ptolemaei scriptum esse ol. 127, 2 (= 271/70 a. Chr.) non multo post Ptolemaei et Arsinoes sororis nuptias certissime consequitur e titulis et papyris Aegyptiis [11]).

---

1) cf. Justin. XXV, 2.

2) cf. Usener Mus. Rhen. 29 p. 37 et 45.

3) cf. Arati vit. I Westerm. p. 55; III p. 58; Suid. p. 61.

4) Bergk. PLGr.⁴ vol. III p. 636 not. Usener p. 46.

5) Athen. IX p. 389 f.

6) Bulletin de Correspondance Hellénique VI, 1882 p. 34, 48; cuius loci notitiam eximiae Wilamowitzii erga me benevolentiae debeo.

7) vit. 4 W. p. 60.

8) 3. Westerm. p. 58, 17.

9) cf. Vahlen. Theocr. Hier. Sitzungsber. d. Berl. Acad. d. Wissensch. 1884 XXXVI p. 836.

10) cf. Vahlen. p. 842 quocum in ea tantum re non consentio, quod Theocritum in Sicilia ipsa et Syracusis repulsam tulisse existimat; at versibus 7 et 34 exterae significantur regiones.

11) de his Brugschius in ephem. ling. et antiquit. Aegypt. Mart. et April. 1875 p. 33—40 (imprimis p. 37 §. 11: „anno XV = 270 constituta est consecratio reginae") et Eug. Revilloutius Revue Egyptologique 1880 I p. 10 et p. 184—186 disputaverunt; praeterea cf. de nuptiarum tempore Wiedem. Mus Rhen. 38 p. 384—393 et Buecheler. Mus. Rhen. 30 p. 57 de carminis tempore. Quae vero Fred. Koeppius Mus. Rhen. 39 p. 209—218 de Theocriti hymno, quem circa annum 276 compositum esse p. 211

Quodsi Theocritus encomion Ptolemaei olymp. 127, 2 ($2^{71}/_{70}$) Alexandriae composuit, facere non possumus quin eius Gratias, quas in Sicilia ipsa scripsit[1]) et postquam Hiero a Syracusanorum exercitu dux creatus[2]) et a civibus urbis deinde summus magistratus agnitus est i. e. ol. 126, 2 = $2^{75}/_{74}$[3]), compositas esse circa ol. 126, 4 = $2^{73}/_{72}$ statuamus. Theocritus vero qui ol. 126, 1 = $2^{76}/_{75}$ Coi Fistulam in Antigoni honorem composuerat, inde ad Antigonum profectus videtur esse anno 275, ubi Aratum iam praesentem invenit. Sed cum Antigono a. 274 a Pyrrho bellum inferretur, Theocritus quod exspectaverat praemium non adeptus in Siciliam se contulit, inde ad Ptolemaeum, qui eum benigne receptum tantis cumulavit beneficiis, ut in regis honorem encomion illud elegantissimum componeret, quo eius cum sorore conubium Graecis odiosum praedicavit. Ad bellum Poenorum et Siculorum spectare videtur etiam Daphnidis Theocritei versus 24: ὡς ὅκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ᾄσας ἐρίζων, hunc enim pastorem bello captum et in servitutem abductum esse fingi suspicabatur Meinekius[4]). Theocriti Comissatio utrum Coi videatur scripta propter Tityri sodalis (Alexandri Aetoli) mentionem an Alexandriae, ubi Alexandro tragicorum recognitio a Ptolemaeo Philadelpho mandata est, dubitari potest, certe multo ante Pastores; in hoc enim idyllio (vs. 38), id quod iam Hillerus perspexit, recordatio repetitur Commissationis (vs. 6), atque Amaryllis, ad quam comissatur caprarius, quo tempore Pastores conscripsit Theocritus, iam est mortua. Sed cum in Pastoribus (vs. 39) Battus Amaryllidis amator caprarius dicatur et in Comissatione (vs. 3) caprarius eandem puellam praedicet, veri simile est etiam caprarium in utroque idyllio esse eundem scilicet Battum sive Battiaden Callimachum quem Theocritus non prius quam Alexandriae cognovit. Theocritum vero

---

opinatur, protulit, ea omnia concidunt propterea quod Theocriti Hieronis ante Ptolemaeum compositi non habuit rationem. Eadem de causa ab altera parte expositio Belochii (n. Jahrb. f. Philolog. 131 p. 366—368), qui Theocriti Hieronem ol. 129, 2 (= $26^{3}/_{2}$) compositum esse opinatur, caduca est. Deinde vero encom. Philad. versibus 86 et 87 („ἀποτέμνεται“) omnino non bellicosam expeditionem indicari olim me docuit Wilamowitzius, postquam de ea iam Buechelerus (Mus. Rhen. 30 p. 56) dubitavit. Ceterum Magae defectioni anni 280—275 (ol. 125, 1—126, 2) tribuendi sunt; inde autem per decem fere annos continuos certis de Ptolemaei bellis nuntiis caremus; annis 268—266 Ptolemaei copiae in Ponti oris pugnant, tum vero a. 266 Antiochus, quocum Magas se coniunxerat, Ptolemaeo infert bellum, quod compositum est anno 263. Itaque si omnino verbum ἀποτέμνεται ad bellum spectaret, Theocriti Ptolemaeum anno 264 scriptum esse statueremus. Bellum vero Philadelphi Syricum alterum, quod e Theocriti encomio potissimum ipso et ex Hieronym. comment. in Daniel. cap. XI (Migne patrologia Latina tom. 25 p. 585) finxit Droysenius (Hellen. [2] III, 1 p. 318) nunquam fuisse persuasum habeo (cf. Thrige res Cyren. p. 238).

[1]) Vahlen. p. 841.

[2]) Justin. XXIII, 4, 1: post Pyrrhi profectionem.

[3]) cf Pausan. VI, 12, 2; Droysen. p. 295; Holm. hist. Sicil. ant. 1874 tom. II p. 287.

[4]) bucol. p. 176: „non mirum est fuisse inter hos quibus victores pro servis uterentur eosque gregibus praeficerent“.

ante annum 270 Alexandriae fuisse probari nequit. Alexandriae praeterea composita sunt carmina, quae inscribuntur Cyniscae Amor et Adoniazusae, illud propter versus 59—70, quibus Ptolemaeus laudatur, hoc vero quia totum in Ptolemaei (v. 22 et 46) et Arsinoes (vs. 111) honorem est scriptum [1]).

Iam vero quae de Fistulae et Arae temporibus disseruimus ea confirmantur comparatione Dosiadae Arae et Lycophronis Alexandrae. Dosiadam enim inveniemus Lycophronis esse imitatorem, id quod ante me cum commentationem de Lycophronis Alexandra nondum cognossem iam a Wilamowitzio demonstratum esse gaudeo. Qui duobus id illustravit exemplis. Lycophro enim vs. 33 Herculem vocaverat τριέσπερον λέοντα [2]); Dosiadas vs. 11 inde gripho composito Philocteten dicit Τριεσπέροιο καύσταν qui griphus componi non potuit nisi illa Herculis significatio prius formata erat. Deinde apud Dosiadam vs. 3 Achilles est σποδεύνας ἶνις Ἐμπούσας, quem griphum ex imitatione Lycophronis [3]) prodisse iam Boissonadius ex Holoboli nota perspexit. Hanc vero similitudinem, quam cognosse videtur etiam Lucianus Lexiph. c. 25 Dosiadae Ara cum Lycophronis Alexandra comparata verbis: ἡμεῖς δὲ οὐδὲ ποιητὰς ἐπαινοῦμεν τοὺς κατάγλωττα γράφοντας ποιήματα. τὰ δὲ σά, ὡς πεζὰ μέτροις παραβάλλειν, καθάπερ Δωσιάδα βωμὸς ἂν εἴη καὶ ἡ τοῦ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα καὶ εἴ τις ἔτι τούτων τὴν φωνὴν κακοδαιμονέστερος, vel potius imitationem amplius persequi possumus. Apud Lycophronem vs. 141 exstant verba κλαίων δὲ πάτραν τὴν πρὶν ᾐθαλωμένην scil. ὑφ' Ἡρακλέους, quae in memoriam revocant Dosiadae vs. 18 Troiam τρίπορθον. Verbum tragicum θωύσσω alias rarissimum Lycophro vs. 165 et Dosiadas vs. 12 usurpant. Achillem, qui secundum Arae initium ut Jason Medeam uxorem duxit, significat Lycophro gripho vs. 174 τὸν μελλόνυμφον εὐνέτην Κυταΐκῆς τῆς ξεινοβάκχης i. e. τὸν Ἀχιλλέα· μετὰ γὰρ θάνατον μυθεύονται ὅτι ἠγάγετο Μήδειαν τὴν Αἰήτου ἐν μακάρων νήσοις εἰς γυναῖκα, ἄνδρα τῆς Μηδείας τῆς ἐπιμανείσης τῷ Ἰάσονι ex antiquiore paraphrasi in Scheerii edit. Lycophr. 1881 [4]). Vox εὐνέτης praeterea in Ara vs. 16 de Ulixe, Lycophr. 820 de Menelao usurpatur. A Dosiada vs. 4 Hecuba vocatur κύων, postquam Lycophro vs. 315 τάλαινα

[1]) Qui Theocritum imitatus est Vergilius eadem fere pastorum nomina ficticia in Bucolicis usurpavit, ut suae aetatis aequales significaret; idem Theocriti erat consilium; hic tamen ea re a Vergilio differt, quod non temere quodlibet posuit nomen sed gripho verum pastoris nomen occultabat. Itaque et sodales eius et, usque ad certum terminum, nos quoque facile possumus divinare, quis in unoquoque gripho lateat. Vergilius autem nominum tantum formas e Theocriti carminibus assumpsit et plane ad arbitrium nomina singulis personis tribuit. Hoc igitur potissimum discrimen inter utrumque poetam tene; inde enim factum est, ut carmina Vergilii imitatoris, qui Theocriti et Euphorionis modos coniunxit (cf. Bucol. X, 50 Quintil. X, 1, 56), robore et vigore flore coloreque Theocriteo carerent.

[2]) cf. et vs 697 et 917, ubi Hercules leo vocatur.

[3]) vs. 178: ἀφ' ἑπτὰ παίδων φεψάλῳ σποδουμένων.

[4]) cf. et vs. 798: Ἀχιλλέως δάμαρτος i. e. τῆς Ἀχιλλέως γυναικὸς Μηδείας.

σκύλαξ = Ἑκάβη praeivit. Eadem significatur vs. 334: μαίρας ὅταν φαιουρὸν ἀλλάξῃς δομήν i. e. in canis corpus mutata eris. Ut apud Dosiadam in Ara vs. 2 Jason δίσηβος, vs. 17 Ulixes δίζωος vocatur ita apud Lycophronem vs. 156 δὶς ἡβήσας Pelops et Ulixes vs. 809 illustratur, qui αὐτὸς πρὸς Ἅιδην δευτέραν ὁδὸν περᾷ. De Philoctetae vulnere agit Dosiadas vs. 9—15, Lycophro vs. 912; de Herculis sagittis Dosiadas vs. 17 et 18 ἰλοραιστᾶν ἀρδίων, Lycophro vs. 914 Γιγαντοραίστοις ἄρδισιν. Atque ut a Dosiada Tydei filius Diomedes vocatur ἶνις ἀνδροβρῶτος, ita a Lycophrone vs. 1066 κρατοβρῶτος παῖς; ut Achilles Dos. vs. 3 ἶνις Ἐμπούσας, ita Priamus Lycophr. 570 Ῥοιοῦς ἶνις vocatur[1]. Jasonem a Medea recoctum esse demonstratur Arae versu 2; idem Lycophronis versu 1315: λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας. Ἀμφίκλυστος exstat ap. Dosiad. vs. 15, ap. Lycophr. vs. 633 (e Sophocle). Ut Vulcanus in Ara δίσευνος, ita ap. Lycophr. vs. 851 Helena τριάνωρ vocatur.

Lycophronis Alexandram intra annos 300—290 (287) Chalcide compositam esse probavit Wilamowitzius[2]. Dosiadas igitur et Theocritus griphos suos post eum carminibus figuratis condiderunt, quae aetate superantur technopaegniis Simiae, qui circa annum trecentesimum[3] floruit. Lycophro autem Simia erat aetate minor. Neque veri dissimile est verba rara atque obscura, quae a Lycophrone, Dosiada, Theocrito usurpantur, quae unde hausta sint non constat, onomastico glossographorum collecta alicubi fuisse, unde griphorum conditores in suum quisque usum arripere ea solebant. Certe Dosiadas si Fistulae griphos respexisset, simul Alexandrae griphos imitandos sibi non proposuisset.

Restat ut de alterius Arae (AP XV, 25) compositione pauca dicamus. Inter hanc enim et Dosiadae Aram artior quaedam intercedit cognatio; eadem nonnunquam exhibent vocabula, ceterum admodum rara; velut in hac Ara (vs. 26) Iason vocatur φὼρ κριοῦ, apud Dosiadam (vs. 16) Ulixes φώρ, scilicet Palladii. Veneni quo Philoctetes infectus est in illa (vs. 24), in hac vs. 13 (ἰός) fit mentio. Apud Dosiadam (vs. 9) verbis ἐμὸν τεῦγμα, in altera Ara (vs. 23) verbis ἐμὴν τεῦξιν Ara ipsa significatur. Ulixes in Dosiadae Ara est δίζωος, in altera Ara Musarum et Gratiarum opus est ἀείζωον. Verbum ἔτευξε invenimus in hac Ara vs. 15, apud Dosiadam vs. 3. Atque ut in altera Ara vs. 26 vox Τριπάτωρ (Minerva) formatur, ita in Dosiadae Ara exstant verba similia ἀπάτωρ (Vulcanus, vs. 7), Τριέσπερος (Hercules, vs. 11), τρίπορθος (Troia, vs. 18). A Dosiada (vs. 3) Achilles vocatur Thetidos ἶνις[4]; in altera Ara (vs. 19) Pegasus ἶνις Γοργόνος. In utraque Ara Lemni nomen exstat, quod in Dosiadae Ara latet sub verbo

1) cf. Tzetz. proleg. allegor. vs. 173 ed. Boisson. Lutet. Paris. 1851 p. 12.
2) de Lyc. Al. p. 10—11.
3) fortasse usque ad Philisci, quocum videtur certasse, tempora i. e. ad annum 280.
4) i. e. υἱός, vox Cypria, cf. Collitz. coll. inscr. dial. I p. 22 nr. 40, 2.

ἀμφίκλυστος (vs. 15), in altera (vs. 25) sub Myrines nomine. Vs. 5 παμάτων Πανός nos admonet Fistulae vs. 12 ᾧι (Πανὶ) πᾶμα. Summi denique momenti est ea res quod Dosiadae Ara in fine alterius apertissime respicitur; ergo Dosiadae Ara condita est ante alteram. Vana igitur est Salmasii coniectura (p. 143—144) Dosiadam ex postremis Arae alterius verbis hanc Aram fingendi occasionem cepisse et ad exemplum illius composuisse. Erat sane fabula in omnium ore ab Iasone olim aram esse exstructam; sed cave credas hanc iustam aram in alterius carminis fine respici, quam opinionem ne amplectamur reliqua utriusque carminis similitudine impedimur. Spectant igitur Arae verba postrema ad carmen arae figura compositum [1]).

Iam vero requiritur ut difficillimam de utriusque Arae auctore quaestionem si non absolvamus, attamen promoveamus. Atque utramque Aram non ab eodem auctore compositam esse apparet etiam caecis. Nam auctor Musarum Arae Iasonis aram sanguine perfusam et serpentes celantem aperte perhorrescit [2]). Quod vero Bergkius [3]) dicit omnino non esse verisimile eundem poetam bis idem argumentum tractasse, ad Aras non pertinet; nam utriusque argumentum diversum est. Iasonis aram, de qua Dosiadas agit, Minervae Chrysae dedicatam esse declaratur postremis alterius Arae verbis. Veteres autem glossatores (ut Salmasius) verbis Χρύσας αἴτας indicari Apollinem (sec. Il. A, 37) opinabantur; nam in codice p (Vatic. 1379) et in r (Ambr. 75) ad sinistram carminis partem δωσιάδης, dextrorsum ἀπόλλων est ascriptum [4]), quo significatur Apollini dedicatam esse Aram. Item Theocritei libri in Fistulae sinistra parte θεόκριτος, in dextra πάν exhibent; in Ovi sinistra margine σιμμίος, in dextra ἑρμῆς legitur. Quod ad Fistulam attinet, recte illud ascriptum est; auctor enim (vs. 11) carmen suum aperte Pani dedicat. Veri igitur simile est glossatorem illud e carmine ipso repetivisse. Facile inde possumus conicere hoc etiam ad Aram pertinere. Ovum vero Mercurio dedicatum non est; quod deus ibi nominatur, inde prodiit glossatorum ascriptio. Ergo Arae propterea Apollinis dedicatio ascripta est, quod dei nomen in carmine exstare videbatur, non quod Iasonis ara Apollini dedicata sit. Ex huius modi vero glossematis conclusionem facere de carminis auctore nobis

---

[1]) Cum tota illa fabula cf. Philostrati iunioris verba (Imag. fin.), quae multo post utriusque Arae compositionem sunt scripta: ἀναπλέοντες ἐς Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ καὶ προσχόντες ταῖς νήσοις ἐμαστεύοντο τὸν τῆς Χρύσης βωμόν, ὃν Ἰάσων ποτὲ ἱδρύσατο, ὅτε ἐς Κόλχους ἔπλει, Φιλοκτήτης τε ἐκ τῆς τῶν ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνὺς ἐγχρίψαντος αὐτοῦ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν εἰς θάτερον τοῖν ποδοῖν, οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ στέλλονται, ὃ δὲ ἐν Λήμνωι ταύτηι κεῖται διαβόρωι φησὶ Σοφοκλῆς καταστάζων ἰῶι τὸν πόδα (cf. Sophocl. Philoct. 7 νόσωι καταστάζοντα διαβόρωι πόδα).

[2]) Perverse igitur Ehlersius (de Graecorum aenigmatis et griphis progr. Prenzlav. 1875 p. 15) de Dosiadae Aris verba facit.

[3]) AL. p. LXXXII.

[4]) Bergk. p. LXXXII.

non licet. Nam Theocriti, Simiae, Dosiadae, Besantini nomina quae in codicibus feruntur, paene sunt collectiva; his enim auctoribus omnibus singula poematia in codicibus et editionibus antiquioribus tribuuntur[1]). Hoc idem cadit in famosam illam Dosiadae Arae subscriptionem in cod. Pal., qua criticorum sana iudicia videntur perturbata esse: Δωσιάδα βωμὸς Δωριέως ὂν ἐστᾶσε μούσαις ἐν γᾶι[2]). Haec enim subscriptio ad neutram Aram accommodata est. Nam Dosiadae sive Iasonis Ara a Musis alienissima est. Voluit igitur subscriptionis auctor eam ad alteram Aram a Musis et Gratiis conditam pertinere, unde vitiose ad Dosiadae Aram translata est. Quocum bene congruit, quod haec subscriptio, in qua versus choriambicus latet, et Musarum Arae finis (vs. 25—26) idem exhibent metrum. Sed ne tum quidem ulla auctoritas subscriptioni potest vindicari quippe quae non ab Arae auctore — is enim si id omnino voluisset nomen suum in acrostichide posuisset[3]) — sed a glossatore confecta sit. Itaque hic versus non maiorem habet gravitatem quam versus subditicius Fistulae praemissus, Securis manubrium, Holoboli praefatio ad Dosiadae Aram:

οὐ τῆς Ἀθηνᾶς οὑτοσὶ βωμός, φίλοι,
Φοίβου δ'ἀληθῶς Δελφική τις Πυθία
δεινοὺς ἀνεῖσα λαβυρινθώδεις λόγους.

Salmasius qui viderat primus illam subscriptionem non ad Iasonis Aram pertinere sed ad alteram Musarum Aram, hanc Aram Dosiadae tribuit. Contra eum Bergkius[4]) affirmat ne Musarum quidem Arae eam subscriptionem satis convenire, „quae non Musis dedicatur sed a Musis condita esse dicitur". Sed hac re non impedimur quominus Musarum Aram Dosiadae tribuamus. Neque enim vere a Musis Aram compositam esse dicere vult auctor sed a se ipso, cum a Musis inspiraretur. Nam omnia quae de Ara dicuntur, non ad iustam aram sed ad carmen arae forma compositum referenda sunt, quod auctor se „Musis et Gratiis adiuvantibus composuisse et ipsis dedicasse testatur"[5]). Quodsi supra diximus huius subscriptionis auctorem voluisse eam ad Musarum Aram ascribere, ea re commotus est, quod in margine exemplaris sui Dosiadae nomen legit et in carmine ipso (vs. 15) Musarum invenit mentionem. Atque ut in Fistula versus subditicii auctor eum plane congruentem reddidit cum primis duobus Fistulae versibus, ut eum his posset praemittere, ita subscriptionis auctor

---

1) cf. cod. Pal. subscriptionem ad Ovum: Βησαντίνου Ῥοδίου ὠιὸν ἢ Δοσιάδα ἢ Σιμμίου et Alarum inscriptionem in cod. f. πτέρυγες τοῦ αὐτοῦ ἤγουν ἔρωτος ποίημα θεοκρίτου.

2) Haec verba Heckerus (I, 127) in hunc versum redegit choriambicum: Δωσιάδα Δωριέως βωμός, ὂν ἔστασ' ἐνὶ γᾶ *Μούσαις, Boissonadius: Δωσιάδα Δωριέως βωμὸς ὅδ' ἔστασεν ὂν εὖγε Μοίσαις.

3) cf. epigramma Eudoxi arti praemissum ap. Bergk. PLGr.[4] III p. 636.

4) p. LXXXII.

5) Salmas. p. 131.

non intermisit hanc eodem metro scribere quo postremi Arae versus compositi sunt et nonnihil amplificare, ut novum Arae adderet fundamentum ad aram hoc modo firmandam:

'Αμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις ὃν σχεδόθεν Μυρίνης
Σοὶ Τριπάτωρ πορφυρέου φὼρ ἀνέθηκε κριοῦ
Δωσιάδα Δωριέως βωμὸς ὃν ἔστασε Μοίσαις νέαι γᾶι[1]).

Haec igitur subscriptio plane abicienda nobis est, qua nihil aliud docemur quam auctorem eius invenisse in aliquo codice Dosiadae nomen huic Arae ascriptum, quae ascriptio inde illius subscriptione loco pulsa est. Quare ut utriusque Arae auctores eruamus meliora testimonia nobis sunt audienda atque ex his cognoscimus alterutram Aram a Dosiada esse compositam. Lucianus enim in Lexiphane c. 7 Dosiadae Aram simul cum Lycophronis Alexandra commemorat. Sed utra Ara in verbis ὁ Δωσιάδα βωμός intellegenda sit prima specie nec Luciani verbis nec utroque carmine cum eis comparato docemur. Sane conici potest Lucianum aut obscuriorem difficilioremque aut aetate antiquiorem Aram respexisse, quod eam cum Lycophrone confert. Hoc igitur cadit in Iasonis Aram quae griphis scatet[2]). Supra autem iam expositum est a Lycophronis Alexandra pendere Iasonis Aram, quae Dosiadae auctori tribuenda est. In indice anthologiae Palatinae altera tantum Dosiadae Ara affertur (Δοσιάδα Βωμός). Melioribus scholiis (in ed. Farr. et Steph. I) Ara dicitur Δωσιάδου τινὸς εὕρημα, quibus verbis Meursius (Attic. lect. III, 17) primus fidem et auctoritatem vindicavit[3]). Antea iam H. Stephanus in titulo editionis II. hanc Aram Dosiadae esse dixerat. Utramque vero Aram non ab eodem auctore conditam esse iam demonstratum est. Ea quoque res quam consideremus digna est, quod Iasonis Ara magis Doricam, Ionicam dialectum Musarum Ara magis exhibet. Forma vero utriusque est Ionica[4]); Dosiadae Cretensi Theocriti Coi amico Dorica Ara magis convenit. In optimo cod. Pal. Iasonis Ara re vera inscribitur δοσιάδα βωμός, id quod cum indice congruit; Musarum Ara fertur sine auctoris nomine. Item Dosiadae Iasonis Ara vindicatur codicibus Vaticanis (o et p) et Ambrosianis (f et r) et a scholiasta Dionysii Thracis Bekk. An. II, 734: τί δέ εἰσιν οἱ γρῖφοι; τὰ ζητήματα ἤτοι τὰ νοήματα· ἢ ὡς ἔν τισιν εὑρίσκομεν τὸ δέρμα τοῦ ἀρνὸς κληθὲν σκέπαρνον ἢ ἐκ πρώτης ἀκοῆς νομίσειεν ἄν τις εἰρηκέναι τὸ τεκτονικὸν ἐργαλεῖον. πάλιν ἔν τισιν ἱστοριογράφοις τὸ δόρυ εὑρίσκομεν λεχθὲν βαλάντιον τῆς συνηθείας

[1]) Ita versum constituit Wilamow., qui tamen eum cum Dosiadae Ara coniungi mavult; νέαι γᾶι referendum est ad Νέαις Θρηϊκίαις vs. 25; correpta paenultima in Μοίσαις a Byzantinorum ratione non magis abhorret quam producta vocis σοφίης in versu Fistulae praemisso.

[2]) cf. Bgk. AL. p. LXXXII.

[3]) Falso igitur Valckenarius (diatr. p. 129) dicit Dosiadae nomen Meursium ab scriptis codicibus detexisse; idem in Leidensibus libris utrique Arae Dosiadae nomen praefigi affirmat.

[4]) cf. Salmas. p. 129. Bergk. p. LXXXVIII.

ἡμᾶς εἰς ἄλλο φερούσης· ὁ δὲ διὰ τὸ βαλεῖν κατεναντίου οὕτως αὐτὸ ἐκάλεσε καὶ τὸν Τηλέμαχον Μακροπόλεμον ἐν τοῖς στίχοις τούτοις·

οὕτινος εὐνάτειρα Μακροπτολέμοιό τε μάτηρ
μαίας ἀντιπάτροιο θοὸν τέκες ἰθυντῆρα

καὶ τὰ ἑξῆς· ἢ ὡς ἐν τῶι βωμῶι τοῦ Δωσιάδου ἡ γυνὴ εἴρηται στήτη, ἐπειδή τινες τὸ παρ' Ὁμήρωι διαστήτην ἐρίσαντες οὕτω ἐξηγήσαντο διὰ τὴν γυναῖκα. Σῦριγξ δὲ καὶ Βωμὸς ποιήματά τινά ἐστι μέτρων τὸ σχῆμα καὶ τὴν διατύπωσιν τῆς ἐπωνυμίας ἔχοντα [1]). Tanto igitur codicum consensu adducimur, ut Iasonis Aram a Dosiada Cretensi esse compositam statuamus, id quod iam Henr. Stephanus [2]) suspicatus erat.

Hanc Aram altera prius esse concriptam iam expositum est; ergo etiam Fistulam. Iam vero ante quem terminum altera Ara condita sit quaeritur. Hanc quaestionem cum carminum comparatione decernere non possimus, dialecto docemur Musarum Aram omnino non posse in eandem aetatem cadere quam cetera technopaegnia. Sola enim Musarum Ara exhibet Ionicum sermonem, cetera omnia atque Simiae quoque technopaegnia Doricum. Per se igitur stat Musarum Ara. Quare cum cetera carmina aetatis Alexandrinae esse appareat, ut Musarum Arae aetatem reperiamus tempus nobis quaerendum est quo homines docti Alexandrinos imitari soliti sint. Neque enim negari potest Musarum Aram prodisse ex imitatione alterius Alexandrinae aetatis Arae. Quominus vero utramque Aram uni aetati scil. Alexandrinae tribuamus dialecti diversitate nos impediri diximus. Musarum Arae auctorem in metro varietas videtur delectasse, cum alterius Arae versus uno tenore, diversa tamen longitudine progrediantur. Praeterea auctor voluit Iasonis Aram numero versuum et magnitudine figurae superare. Dosiadas enim binos semper versus, qui idem exhibent metrum, inter se artius coniunxit, ille tertium addidit [3]) simulque versus suos longiores reddidit, ut ara latior fieret quam altera addiditque acrostichon. Amplificavit igitur omnes Arae modos. Iam vero Publil. Optatiano Porfyrio nota fuisse omnia technopaegnia uno volumine collecta apparet non solum ex eius imitationibus sed ex ea quoque re quod omnibus technopaegniis scholia antiquitus erant adiecta. Optatiani igitur aetate iam exstabat technopaegniorum editio cum scholiis. Ergo altera Ara condita est ante annum trecentesimum post Chr. n. Illa vero Alexandrinorum imitatio cadit in Hadriani tempora. Quidni his temporibus Musarum Aram tribuamus! Hac aetate etiam Ionica dialectus vigebat; liber περὶ Συρίης θεοῦ, qui vulgo sub Luciani nomine ferebatur, Herodoti dialectum Ionicam imitatur. Pro μήτε-

---

1) Theocrito tribuitur Ara errore manifesto ap. Jo. Tzetz. exeg. Il. 68, 15 et Eustath. ad. Il. p. 21, 41.
2) poet. gr. heroic. annot. p. LII ad p. 285.
3) exceptis undecim mediis versibus dimetr. iamb. propter acrostichida.

μήτε (Ar. vs. 7—8) exspectandum erat οὔτε-οὔτε, pro ὑποφοινίῃσι (vs. 3) ὑποφοινίοισι; εἰνάς (vs. 15) pro ἐννεάς Hesiodo[1]) debetur. Technopaegnii versus 1—3 idem exhibent metrum quod imperatoris Hadriani et Flori paegnia[2]), quod chori cantilena in Luciani Tragoedopodagra vs. 30 nec exigua Anacreonteorum pars[3]). Nec sine causa in codice Pal. technopaegnia excipiuntur Anacreonteis, quorum pars iisdem fere temporibus quibus haec Ara composita videtur. Praeterea illius posterioris aetatis erat trochaicum tetrametrum in ludicris usurpare; exempli causa nomino Flori tetrametros et Pervigilium Veneris.

Quae cum intercedat ratio inter Aram utramque, iam videamus quis tandem Musarum Arae sit auctor. Bergkius (p. LXXXV) duorum codicum auctoritate nisus, Ambrosiani f et Vaticani o, eam Besantino cuidam tribuit; in Palatino enim fertur carmen adespoton; videtur autem Ovi inscriptio (Βησαντίνου) ex deperdita Arae inscriptione fluxisse. Huius Besantini ne unum quidem poemation nobis est asservatum[4]). Ovum quod in Palatino Besantino tribuitur Simiae est. Poetam vero, cui ipsum nomen Besantinus erat nec usquam nec unquam fuisse credibile est. Quod nomen utrum e gentilicio auctoris cognomine sit exortum an omnino nihil cum Arae auctore faciat, certe dici non potest. Ad proximam similitudinem accedit patria Helladii[5]). De quo Photius bibl. p. 98 b 40 haec tradit: ἀνεγνώσθη λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον Ἑλλαδίου, ὧν ἴσμεν λεξικῶν πολυστιχώτατον et p. 535 b 39: ὅτι οὗτος ὁ συγγραφεὺς ὁ ταῦτα συνταξάμενος, γένος μὲν Αἰγύπτιος ἦν πόλεως δὲ τῆς Ἀντινόου ἢ ὡς αὐτὸς ἐπιγράφει, Βησαντινόου, ἰαμβικῷ δὲ μέτρῳ διεξῆλθε τὰ προκείμενα, γέγονε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Λικιννίου καὶ Μαξιμιανοῦ. Helladius igitur, qui chrestomathias iambicis versibus conscripserat, breviter potuit Βησαντῖνος vocari[6]). Si statuamus intercedere aliquid inter Helladium et Aram, tum nihil nisi id coniciamus Helladium in chrestomathias nonnulla vel verba vel versus iambicos ex Ara collecta recepisse. Quo factum est, ut eius cognomen gentilicium ad Aram ascriberetur, cum veri auctoris nomen plane in oblivionem veniret. Tum vero optimo iure hoc carmen in codice Palatino fertur adespoton semperque feretur. Sin autem, id quod magis placet, in nomine gentilicio (pro Βησαντινοεύς) latere Arae auctorem ipsum credimus, cuius verum nomen cognomine interiit, auctoris nomen quamquam eruere non poterimus — anonymus enim quidam ex Aegypti vico Besantinoea ortus manebit — tamen adiumentum nobis praebetur ad id quod de huius Arae aetate

1) Oper. 810.

2) cf. Ael. Spartan. vit. Hadrian. cap. 16 in scriptor. hist. Aug. ed. Peter. I p. 16.

3) cf. Deutschmann. de poesis Graecorum rhythmicae primordiis program. Malmedian. 1883 p. 19—23.

4) cf. Bgk. p. LXXXVII.

5) Bgk. p. LXXXVII.

6) de forma huius nominis cf. Welcker. cycl. ep. I p. 323 not. 533.

disseruimus confirmandum et comprobandum. Nam si Arae auctor ex illo vico ortus est, aut Hadriani temporibus aut paulo post ea fuit, quoniam vicus antea Besa appellabatur in honorem dei Aegyptii. Hadrianus deinde cum oppida in pueri amati honorem conderet et Antinoum et specie et cultu variorum deorum fingi colique iuberet, vici nomen in Βησαντινόεια mutatum est[1]), quod nomen prodiit ab Antinoo qui prope illum vicum Nilo interemptus erat[2]), nec tamen ab Antinoo habitu Besae induto qui deus satyri figura et specie minime pulchra erat praeditus[3]). Itaque Arae auctor aut iam tum cum Besa nomen erat vico ibi Hadriani aetate natus cognomen suum gentilicium Βησαεύς mutavit in Βησαντῖνον, postquam vici nomen commutatum est, aut paulo postquam vicus novum nomen accepit, ibi natus statim Βησαντῖνος nominabatur. Haec igitur omnia si probaverimus, utique anonymi Aram prius quam Hadriani aetate esse conditam negabimus, id quod cum iis quae supra exposuimus de ratione inter utramque intercedente optime congruit et quodam modo acrostichi quoque verbis 'Ολύμπιε πολλοῖς ἔτεσι θύσειας comprobatur. Dativus enim πολλοῖς ἔτεσι insolenter usurpatus vulgati sermonis Latini est[4]); sermo igitur Graecorum et Latinorum iam confundebatur anonymi auctoris aetate; praeterea nomen proprium 'Ολύμπιος „cui dicatum poema fuisse videtur“ e Boissonadii sententia[5]), apud Graecos rarissimum est temporibus ante Chr. n.[6]). His rebus omnibus nonnihil contribuitur ad tempora quibus Aram compositam esse veri simile est accuratius constituenda et definienda. Neque ab omni probilitate abhorret imperatori Hadriano ipsi hanc Aram dedicari, qui usitato cognomine Olympius vocatur[7]). Iure id quidem La Crozius (pag. 258) monuit Olympium poetam fuisse (sec. vs. 18 et 19); sed idem cadit in Hadrianum, cuius versus nonnullos Spartianus cap. 16, 4 et 25, 9 memoriae tradidit, cum adderet „tales autem nec multo meliores fecit Graecos“[8]). Eadem omnino aetate acrostichidas praevaluisse demonstratur Dionysii

---

[1]) cf. Steph. Byz. s. v. 'Αντινόεια. Dietrichson Antinoos Christiania 1884 p. 98.

[2]) cf. Levezow. de Antinoo Berolin. 1808 p. 13 et p. 14 not. 29.

[3]) cf. Lepsii monument. Aegypt. part. IV tab. 65 b.

[4]) cf. Bergk. p. XC—XCI.

[5]) cf. etiam La Crozii, qui primus acrostichida esse Aram detexit, coniecturam thesaur. tom. III p. 258: „hanc Aram dono missam fuisse Olympio cuidam sive in die natali sive Saturnalibus pro more Graecorum, qui Romanos mores induerant“.

[6]) cf. Bergk. p. XCI.

[7]) cf. Franz. element. epigraph. Graec. Berol. 1840 p. 286 nr. 125: Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραιανὸν 'Αδριανὸν Σεβαστὸν 'Ολύμπιον et iis quos affert, locis adde titulum Smyrnaeum C. J. Gr. 3174: ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΑΔΡΙΑΝΩ ΟΛΥΜΠΙΩ ΣΩΤΗΡΙ ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗ.

[8]) AP. VI, 332. VII, 674. IX, 137, 402; Spart. cap. 16, 2: „Catachannas libros obscurissimos Antimachum imitando scripsit.“ cf. Teuffel-Schwab. hist. litt. Latin. §. 346. Kaibel Epigr. Gr. nr. 811.

perieget. versibus[1]), qui similiter atque Arae auctor imperatoris Hadriani nomen acrostichide occultabat.

Quibus rebus omnibus comprobatis nobis id quoque pro certo habendum erit, cum haec Ara inter bucolica non recepta sit reliqua carmina figurata iam ante quam haec Ara condita est in bucolicorum editiones pervenisse. Itaque alterius Arae auctor cum Dosiadam imitari cepisset consilium, huius poemation iam in bucolicorum editione invenit; nam in epigrammatum anthologia tum nondum exstabant carmina figurata. Postea vero quam simul cum altera Ara uno volumine coniuncta sunt Optatiano Porfyrio non ignota, in anthologiam inde pervenerunt omnia, ut duplici ratione nobis asservata sint, traditione anthologica atque meliore, corruptiore bucolica.

Haec habui de figuratis Graecorum carminibus quae dicerem. Saepius me quidem carbonem quasi pro thesauro invenisse, saepius audacius quam licuit me progressum esse profiteor; acquiescere tamen licebit parvula spe non totam operam in abstruso hoc poeseos genere frustra esse collocatam, cum eiusdem poeseos auxilio nobis hominibus posteris occasio data sit res quae inextricabiles alioquin mansissent e tenebris in lucem evocandi.

---

[1]) cf. G. Leue Philolog. 42. 1883 p. 177 acrostich. θεὸς Ἑρμῆς ἐπὶ Ἀδριανοῦ.

ΤΕΧΝΟΠΑΙΓΝΙΑ ΕΛΛΗΝΙΚΑ

ΔΙΟΡΘΩΘΕΝΤΑ.

ΣΙΜΙΟΥ ΠΤΕΡΥΓΕΣ ΕΡΩΤΟΣ.

Λεῦσσέ με τὸν γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτ' Ἀχμονίδαν τ' ἄλλυδις ἑδράσαντα
Μηδὲ τρέσῃς, εἰ τόσος ὢν δάσκια βέβριθα λάχναι γένεια·
Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμαν, ἀνίκ' ἔκραιν' Ἀνάγκα,
Πάντα δὲ γᾶς εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς
Ἑρπέθ' ἁλός θ' ἅ τε πνεῖ
Δι' αἴθρας.

Χάους δέ,
Οὔτι γε Κύπριδος παῖς
Ὠκυπέτας οὐδ' Ἄρεος καλεῦμαι·
Οὔτι γὰρ ἔκρανα βίαι πραϋνόωι δὲ πειθοῖ,
Εἶκε δέ μοι γαῖα θαλάσσας τε μυχοὶ χάλκεος οὐρανός τε
Τῶν ἐγὼ ἐκνοσφισάμαν ὠγύγιον σκᾶπτρον ἔκρινον δὲ θεοῖς θέμιστας.

Annotatio critica[1]: v. 2 βεβριθότα λαγνᾶι AB corr. Salmas. — v. 3 ἔκριν' AB corr. Salm. — v. 4 δ' ἐκτάσει καὶ φραδέσι AB corr. Salm. — v. 5 ἑρπέτα πάνθ' ὅσα ἕρπει AB. — v. 6 post αἴθρας interpunxit Bergk. — v. 7 χάους τε AB corr. Bergk. — v. 9 ὠκυπέτας δ' ἀέριος A δ' ἄρεος B corr. Wilamowitz. — v. 10 οὔτε B. ἔκρινα βίας πραΰνω δὲ πειθοῖ AB corr. Bergk. — v. 11 μυχοὶ et μυχὸς A μυχός B. μυχοί schol. — v. 12 τῶν δ' ἐγὼν AB τῶν ἐγὼ Iunt. — ἔκραινον AB corr. Salm.

---

[1]) In annotatione critica hanc sequebar rationem, ut eam scripturam quae e codice Palatino eruitur appellarem anthologicam (A), scripturam vero alterius traditionis bucolicam (B).

In appendice critica codicum et editionum lectiones varias dedi integras; Palatini etiam tum ubi, etsi a vulgata scriptura non discedunt, tamen ab eis qui codicem prius contulerunt non recte sunt traditae; oppressi vero silentio falsas horum lectiones.

Editionum scripturas ab Aldina Iuntina Calliergiana non diversas plerasque reticui.

ΣΙΜΙΟΥ ΠΕΛΕΚΥΣ.

Ἀνδροθέαι δῶρον ὁ Φωκεὺς κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνων Ἀθάναι
Τῆνος ἐπεὶ τὰν ἱερὰν κηρὶ πυρίπνωι πόλιν ἠιθάλωσεν
Οὐκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοις Ἀχαιῶν
Νῦν δ' ἐς Ὁμήρειον ἔβα κέλευθον
Τρὶς μάκαρ ὃν σὺ θυμῶι
Ὅδ' ὄλβος
Ἀεὶ πνεῖ.
Ἵλαος ἀμφιδερχθῆις
Σὰν χάριν, ἁγνὰ πολύβουλε Παλλάς
Ἀλλ' ἀπὸ κρανᾶν ἰθαρᾶν νᾶμα κόμιζε δυσκλής
Δαρδανιδᾶν χρυσοβαφεῖς τ' ἐστυφέλιξ' ἐκ θεμέθλων ἄνακτας
Ὦπασ' Ἐπειὸς πέλεκυν τῶι ποκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειψεν αἶπος

Versus hoc ordine sunt legendi:

Ἀνδροθέαι δῶρον ὁ Φωκεὺς κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνων Ἀθάναι
Ὦπασ' Ἐπειὸς πέλεκυν, τῶι ποκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειψεν αἶπος,
Τῆνος ἐπεὶ τὰν ἱερὰν κηρὶ πυρίπνωι πόλιν ἠιθάλωσεν
Δαρδανιδᾶν χρυσοβαφεῖς τ' ἐστυφέλιξ' ἐκ θεμέθλων ἄνακτας
Οὐκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοις Ἀχαιῶν
Ἀλλ' ἀπὸ κρανᾶν ἰθαρᾶν νᾶμα κόμιζε δυσκλής.
Νῦν δ' ἐς Ὁμήρειον ἔβα κέλευθον
Σὰν χάριν, ἁγνὰ πολύβουλε Παλλάς.
Τρὶς μάκαρ ὃν σὺ θυμῶι
Ἵλαος ἀμφιδερχθῆις.
Ὅδ' ὄλβος
Ἀεὶ πνεῖ.

Annotatio critica: v. 2 ὤπασεν et τῶι ποτε A corr. Salm. ὧι ποκα B. — v. 3 τῆμος A τᾶμος B. corr. Wilamow. — v. 5 ἐνάριθμος A ἐναρίθμιος B. — v. 6 κρήναν A κρανᾶν B; ἰθαρᾶν A καθαρὸν B; δυσκλῆς A δυσκλεής B. — v. 11 ὅδ' ὄλβος A τὸν ὄλβος B. — v. 12 πνεῖ A πνέει B. — manubrium addid. B.

ΣΙΜΙΟΥ ΩΙΟΝ.

Κωτίλας
Τῆ τόδ' ἄτριον νέον
Πρόφρων δὲ θυμῶι δέξο· δὴ γὰρ ἁγνᾶς
Τὸ μὲν θεῶν ἐριβόας Ἑρμᾶς ἔκιξε κᾶρυξ
Ἄνωγε δ' ἐκ μέτρου μονοβάμονος μέγαν πάροιθ' ἀέξειν
Θοῶς δ' ὕπερθεν ὠκὺ λέχριον φέρων ἅλμα ποδῶν σποράδην πίφαυσκεν
Θοαῖς ἴσ' αἰόλαις νεβροῖς κῶλ' ἀλλάσσων ὀρσιπόδων ἐλάφων τέκεσσιν
Παλιγκραίπνοισιν ἄκρων ὑπὲρ ἱέμεναι ποσὶ λόφων κατ' ἀρθμίας ἴχνος τιθήνας
Καί τις ὠμόθυμος ἀμφίπαλτον αἶψ' αὐδὰν θὴρ ἐν κόλπωι δεξάμενος θαλαμᾶν μυχοιτάτωι
Καὶ τᾶσδ' ὦκα βοᾶς ἀκοὰν μεθέπων ὅγ' ἄφαρ λάσιον νιφοβόλων ἀν' ὀρέων ἔσσυται ἄγκος
Ταῖσιν δὴ κλυτὸς ἴσα θεὸς ταχιναῖσι θοοῖς δονέων ποσὶ πολύπλοκα μεθίει μέτρα μολπᾶς
Ῥίμφα πετρόκοιτον ἐκλιπὼν ὄρουσ' εὐνάν, ματρὸς πλαγκτὸν μαιόμενος βαλιᾶς ἑλεῖν τέκος
Βλαχαὶ δ' οἰῶν ἔτι πουλυβότων ἀν' ὀρῶν νομὸν ἔβαν τανυσφύρων τ' ἐς ἄντρα Νυμφᾶν
Ταὶ δ' ἀμβρότωι πόθωι φίλας ματρὸς ῥώοντ' αἶψα μεθ' ἱμερόεντα μαζόν
Ἴχνει θενὼν βροτοῖσι τὰν παναίολον Πιερίδων μονόδουπον αὐδάν
Ἀριθμὸν εἰς ἄκραν δεκάδ', ἰχνίων κόσμον νέμων τε ῥυθμόν
Φῦλ' ἐς βροτῶν ὑπὸ φίλας ἑλὼν πτέροισι ματρός
Λίγειά νιν κάμ' ἶφι ματρὸς ὠδίς
Δωρίας ἀηδόνος
Ματέρος.

Ovi versus hoc ordine legendi sunt:

Κωτίλας
Ματέρος
Τῆ τόδ' ἄτριον νέον
Δωρίας   ἀηδόνος
Πρόφρων δὲ θυμῶι δέξο· δὴ γὰρ ἁγνᾶς
Λίγειά νιν κάμ' ἶφι ματρὸς ὠδίς
Τὸ μὲν θεῶν ἐριβόας Ἑρμᾶς ἔκιξε κᾶρυξ
Φῦλ' ἐς βροτῶν ὑπὸ φίλας ἑλὼν πτέροισι ματρός
Ἄνωγε δ' ἐκ μέτρου μονοβάμονος μέγαν * πάροιθ' ἀέξειν
Ἀριθμὸν εἰς ἄκραν δεκάδ', ἰχνίων κόσμον νέμων τε ῥυθμόν
Θοῶς δ' ὕπερθεν ὠκὺ λέχριον φέρων ἅλμα ποδῶν σποράδην πίφαυσκεν
Ἴχνει θενὼν βροτοῖσι τὰν παναίολον Πιερίδων μονόδουπον αὐδάν
Θοαῖς ἴσ' αἰόλαις νεβροῖς κῶλ' ἀλλάσσων ὀρσιπόδων ἐλάφων τέκεσσιν
Ταὶ δ' ἀμβρότωι πόθωι φίλας ματρὸς ῥώοντ' αἶψα μεθ' ἱμερόεντα μαζόν
Παλιγκραίπνοισιν ἄκρων ὑπὲρ ἱέμεναι ποσὶ λόφων κατ' ἀρθμίας ἴχνος τιθήνας
Βλαχαὶ δ' οἰῶν ἔτι πουλυβότων ἀν' ὀρῶν νομὸν ἔβαν τανυσφύρων τ' ἐς ἄντρα Νυμφᾶν
Καί τις ὠμόθυμος ἀμφίπαλτον αἶψ' αὐδὰν θὴρ ἐν κόλπωι δεξάμενος θαλαμᾶν μυχοιτάτωι
Ῥίμφα πετρόκοιτον ἐκλιπὼν ὄρουσ' εὐνάν, ματρὸς πλαγκτὸν μαιόμενος βαλιᾶς ἑλεῖν τέκος
Καὶ τᾶσδ' ὦκα βοᾶς ἀκοὰν μεθέπων ὅγ' ἄφαρ λάσιον νιφοβόλων ἀν' ὀρέων ἔσσυται ἄγκος
Ταῖσιν δὴ κλυτὸς ἶσα θεὸς ταχιναῖσι θοοῖς δονέων ποσὶ πολύπλοκα μεθίει μέτρα μολπᾶς.

Annotatio critica: v. 1—4 κωτίλας | ματέρος | τῆ τόδ' ὠὸν νέον | ἁγνᾶς ἀηδόνος | δωρίας ἄτριον AB corr. Wilamow. — v. 5 δεῖ A δὴ B. — ἁγνᾶς A ἁγνά B. — v. 6 μιν AB, νιν scripsi — καμφίματρος AB correxi. — v. 7 ἔκιξε A ἤικιζε B. — v. 8 πέτροις A πέτροισι B πτέροῖσι Scaliger, Salmasius. — v. 9 ἄνωγε A ὄνωι δ' B. — v. 10 κόσμιος νέμοντο ῥυθμῶι A κόσμον νέμοντα ῥυθμόν B. correxi. — v. 11 νεῦμα A ἅλμα scripsi — πόλλω A ποδῶν B schol. — v. 12 βροτοῖσι inserui. — v. 13 θοαῖσι τ' αἰόλαις AB corr. Bergk. — v. 14 ῥόωντ' AB. — v. 15 παλαικραιπνοῖς AB παλιγκραίπνοις Brunck. παλιγκραίπνοισιν scripsi — ὑπὲρ ἄκρων AB transposui — ἱεμένα A ἱέμεναι B. — v. 16 ἔτι inserui — πολυβότων AB πουλυβότων scripsi — ἐς ante ἄντρα in AB omissum inseruit Wilamow. — v. 17 θαλάμων AB correxi — πουκότατον A πουκότητα B corr. Wilamow. — v. 18 πτερόκοιτον A περίκοιτον B corr. Salmas. — v. 19 καὶ τάδ' ὦκα βοὰς A βοᾶς B corr. Bergk. — ἄφαρ ὅγε AB ὅγ' ἄφαρ coniec. Bergk. — ἔσσυτ' ἀνάγκαις AB corr. Salmas. — v. 20 ταῖς δὴ δαίμων κλυταῖς ἶσα θεοῖς AB ταῖσιν δὴ Bergk. θεὸς ταχιναῖσι inserui — δονέων A πονέων B — μολπαῖς A μολπᾶς B.

ΔΩΣΙΑΔΟΥ ΒΩΜΟΣ.

Ἦν ἄρσενός με στήτας
Πόσις μέροψ δίστβος
Τεῦξ', οὐ σποδεύνας ἶνις Ἐμπούσας, μόρος
Τεύκροιο βούτα καὶ κυνὸς τεχνώματος,
Χρύσας δ' αἴτας ἆμος ἐψάνδρα
Τὸν γυιόχαλκον οὖρον ἔρραισεν
Ὃν ὠπάτωρ δίσευνος
Μόγησε ματρόριπτος.
Ἐμὸν δὲ τεῦγμ' ἀθρήσας
Θεοκρίτοιο κτάντας
Τριεσπέροιο καύστας
Θώυξεν αἶν' ἰύξας·
Χάλεψε γάρ νιν ἰῶι
Σύργαστρος ἐκδὺς γῆρας.
Τὸν δ' αἰλινεῦντ' ἐν ἀμφικλύστωι
Πανός τε ματρὸς εὐνέτας φώρ
Δίζωος ἶνις τ' ἀνδροβρῶτος ἰλοραιστᾶν
Ἦρ' ἀρδίων ἐς Τευκρίδ' ἄγαγον τρίπορθον:

Annotatio critica: v. 1 εἴμ' ἄρσενος AB correxi. — v. 2 δίσαβος AB correxi. — v. 5 Χρυσὰς άἴτας A corr. Valckenaer. χρυσοῦς B. — v. 7 ἀπάτωρ AB articul. addid. Salmas. — v. 8 μόρησε A μόγησε B. — v. 12 θώυξεν A αἶξεν B. — ἀνιύξας AB corr. Salmas. — v. 15 ἀεὶ λινεῦντ' A ἐλλινεῦντ' B corr. Hecker. — v. 17 ἰνοραίσταν A ἰλλοραίστας B corr. Bergk. — v. 18 ἄγαγε B.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΣΥΡΙΓΞ.

Οὐδενὸς εὐνάτειρα Μακροπτολέμοιο δὲ μάτηρ
Μαίας Ἀντιπέτροιο θοὸν τέκε σ' ἰθυντῆρα,
Οὐχὶ Κεράσταν, ὅν ποτ' ἐθρέψατο ταυροπάτωρ,
Ἀλλ' οὗ πιλιπὲς αἶθε πάρος φρένα τέρμα σάκους,
Οὔνομ' Ὅλον, δίζων, ὃς τὰς Μέροπος πόθον
Κούρας γαρυγόνας ἔχε τᾶς ἀνεμώκεος,
Ὃς Μοίσαι λιγὺ πᾶξεν ἰοστεφάνωι
Ἕλκος ἄγαλμα πόθοιο πυρισμαράγου,
Ὃς σβέσεν ἀνορέαν ἰσαυδέα
Παπποφόνου Τυρίας τ' ἐξήλασεν·
Ὧι τόδε τυφλοφόρων ἐρατὸν
Πᾶμα Πάρις θέτο Σιμιχίδας.
Ψυχὰν ἃι βροτοβάμων,
Στήτας οἶστρε Σαέττας,
Κλωποπάτωρ ἀπάτωρ
Λαρνακόγυιε χαρείς
Ἁδὺ μελίζοις
Ἕλλοπι κούραι
Καλλιόπαι
Νηλεύστωι:

Annotatio critica: v. 1 μάτηρ A μᾶτερ B. — v. 2 Ἀντιπέτροιο A Ἀντιπάτροιο B. — τέκεν A τέκες B correxi. — v. 4 ἀλλ' οὗ πιλιπὲς A, ἀλλ' ἀπέλιπες οὗ B. — v. 6 γηρυγόνας AB correxi — ἔχε A ἆθε B. — ἀνεμώκεος A ἀνεμώδεος B schol. — v. 8 πυρισμαράγου (cum ω super ου) A πυρισφαράγου B. — v. 10 Τυρίας τε A supplevi. Τυρίας τ' ἀφείλετο B. — v. 12 Σιμιχίδας A Σιμμιχίδας B. — v. 13 ψυχὰν ἀεὶ A corr. Hecker. ψυχὰν ὦ B. — v. 14 Σαέττας A δέττας B. — v. 16 χαίρεις A corr. Hecker. χάροις B. — v. 17 μελίσδοις AB correxi.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΒΗΣΑΝΤΙΝΟΥ ΒΩΜΟΣ.

Ὀλὸς οὔ με λιβρὸς ἰρῶν
Λιβάδεσσιν οἷα κάχλην
Ὑποφοινίῃσι τέγγει,
Μαύλιες δ' ὕπερθε πέτρης Ναξίης θοούμεναι
Παμάτων φείδοντο Πανός· οὐ στροβίλωι λιγνύι
Ἰξὸς εὐώδης μελαίνει τρεχνέων με Νυσίων.
Ἐς γὰρ βωμὸν ὁρᾶις με μήτε γλούρου
Πλίνθοις μήτ' Ἀλύβης παγέντα βώλοις·
Οὐδ' ὃν Κυνθογενὴς ἔτευξε φύτλη
Λαβόντε μηκάδων κέρα,
Λισσαῖσιν ἀμφὶ δειράσιν
Ὅσαι νέμονται Κυνθίαις.
Ἰσόρροπος πέλοιτό μοι.
Σὺν Οὐρανοῦ γὰρ ἐκγόνοις
Εἰνάς μ' ἔτευξε γηγενής·
Ταῖσιν δ' ἀείζωον τέχνην
Ἔνευσε πάλμυς ἀφθίτων.
Σὺ δ', ὦ πιὼν κρήνηθεν ἣν
Ἶνις κόλαψε Γοργόνος,
Θύοις τ' ἐπισπένδοις τέ μοι
Ὑμηττιάδων πολὺ λαροτέρην
Σπονδὴν ἁγνήν· ἴθι δὴ θαρσέων
Ἐς ἐμὴν τεῦξιν· καθαρὸς γὰρ ἐγὼ
Ἰὸν ἱέντων τεράων, οἷα κέκευθ' ἐκεῖνος
Ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις ὃν σχεδόθεν Μυρίνης
Σοί, Τριπάτωρ, πορφυρέου φῶρ ἀνέθηκε κριοῦ:

Annotatio critica: v. 3 ὑπὸ φοινίῃσι A corr. Bergk. — v. 4 Ναξίας A corr. Bergk. — v. 5 στροβίλων A corr. Salmas. — v. 7 ὀρῆις A. corr. Wilamow. — μήτε ταγχούρου A. corr. Bergk. — v. 10 λαβόντα A. corr. Wilamow. — v. 16 τάων A corr. Wilamow. — v. 21 Ὑμηττιαδᾶν A. corr. Bergk. — v. 22 ἄδην· A ἁγνήν· scripsi. — v. 23 εἰς A corr. Salmas.

Appendix critica uberior.

Simiae Alae. πτέρυγες ἔρωτος lemma in a. Θεοκρίτου πτερύγιον Callierg. edit., quam Camer. Sal. Farr. sequuntur. πτερύγιον Iunt. Mor. II.

v. 1. λεῦσέμε a bis Iunt. Call. λεύσσετε Hephaest. ench. c. 9 — βαθύστερνον cum ου super ον a[1] βαθυστέρνον a[2] βαθύστερον Hephaest. codd. M. C. edit. Turneb. βαθύστερνον Brodaeus, Mor. II βαθύτερον Call. omis. Iunt. — γ' ἄνακτ' Iunt. — ἀκμονίδαν a bis ἀκμονάδαν complures libri Bergkii. Call. ἀκμονίει δαθ Iunt. — τ' omis. a. Call., praebet Hephaest. — ἄλλυδι a[1] ἄλλυδις a[2] ἄλυδες Iunt. Mor. II ἄλυδες Call. θ' ἄλυδες Steph. I Licet. ἄλυδες vel ἔλδυες Brod. τὰν ἄλα θ' Auber. — ἐδράσαντα a bis ἐδράσασα Hephaest. ἐδράσαντα Call. Steph. I ἐδράσαντο Iunt. ἐδράσαντο Brod.

v. 2. μὴ δὲ τρέσης a bis; Scalig. — τόσος a bis; Iunt. τόσσος Call. Brod. Steph. I τύσος Scaliger. — δάσκια βεβριθότα λαγνᾶι γένεια a bis corr. Salmas. βεβριθότα λαγνὰ γένεια Iunt. Call. λάχνᾳ φορέω γένεια Scaliger. λάχνα φέρω γ. Auber.

v. 3. τᾶμος a[1] τημος cum α super η a[2] ἔκριν' a bis. Iunt. Call. edid. Salmas. ἔκραιν' Salmas. p. 191. Brunck. Bergk. ἔκρην' Jacobs.

v. 4. δ' ἐκτάσει καὶ φραδέσι a bis corr. Salmas e schol. δ' ἐκτάσει καὶ φρυδαῖσι Call. δ' ὑπείκεσκε φρένεσσι Iunt. Steph. δ' ὑπέσχε φρένεσι Brod. γ' ἐτάσει Salamandr.

v. 5. ἑρπετὰ παντα (cum θ super τ) ὅσα a[1] πάνθ' ὅσα a[2] ἕρπεθ' ἅπανθ' ὅσ' Iunt. Call. Steph. εἵπεθ' Brod. Mor. II ἕπεθ' Sal. πάνθ' ὅσ' ἐμπνεῖ Kaibel.

v. 6. post αἴθρας interpunxit Bergk.

v. 7. χάους τε a bis; Iunt. Call. corr. Bergk. χαίους Brod.

v. 8. οὔτι γε Κύπριδος παῖς a bis; in margine υἱὸς a[1].

v. 9. δ' ἀέριος καλευμαι cum ο super μ a[1] καλεῦμαι a[2]; corr. Wilamowitz. δ' ἄρεος καλέομαι Call. δ' ἔρως καλεῦμαι Iunt. ὠκυπέτας δ' ἔρως αὐτὸς Brod. δ' αὐτὸς ἔρως καλεῦμαι Steph. Auber. edid. Salmas. τ' ἀέριος Salm. p. 195 Brunck. αἰθέριος coniec. Salm. p. 194 — δ' proscripsit Bergk., qui coniec. ἁβρὸς Ἔρως — ἀέριος et ἀερος cum ω super ο, ἀέρος, ἄρεος libri plerique sec. Bergk.

v. 10. οὔτε γὰρ a bis. Call. Steph. I — ἔκρινα βίας πραΰνω δὲ πειθοῖ a bis; Call. corr. Bergk. ἔκρινα βίαν Iunt. quae reliqua ut a exhibet. Brod. βίᾳ Steph. I Mor. II βιάζειν παράγω δὲ πειθοῖ Auber. ἔκρινα βίᾳφι πραΰνω δὲ ed. Salmas. ἔκρηινα βίαι πάντ' ἐπράϋνα vel (cum Brunckio) πᾶν δ' ἐπράϋνα Salm. p. 195. ἔκρηνα Jacobs.

v. 11. quater in a. εἶκε δέ μοι γαῖα θαλάσσας τε μυχός οὐρανός τε (in marg. γράφεται ὧδε) et εἶκει δέ (cum τ super δ) μοι γᾶς τε μυχοὶ χάλκεος οὐρανός τε (in marg. γράφεται ἄλλῃ) a[1] — εἶκε δέ μοι γαῖα θαλάσσας τε μυχὸς οὐρανός τε et εἶκει δέ μοι γᾶς τε μυχοὶ χάλκεος οὐρανός τε a[2] — μυχοὶ schol. Auber. Bergk. — εἶκει ἐμοὶ et μυχὸς Salm. Brunck. — εἶκέ τέ μοι γαῖα θαλάσσας μυχὸς οὐρανός τε Iunt. εἶκει τέ μοι γαῖα θαλάσσας τε μυχὸς οὐρανός τε Call. Steph. I γαῖα θαλάσσας τε μυχοὶ οὐρανίων πᾶς τε θεός μοι εἶκει Auber. — εἶξε δέ μοι vel εἶξαν ἐμοὶ ... μυχοί coniec. Salmas. —

v. 12. δ' ἐγὼν a bis. — ἔκραιν a[1] ἔκραινον a[2] corr. Salm. (qui ἔκραινον edidit) — τῶν ἐγὼ Iunt. Brunck. — ἐκνοσφισάμην ὠγύγιον σκᾶπτρον θεοῖς θέμιστας Iunt. — τῶν δ' ἐγὼν ἐκνοσφισάμην ὠ. σ. κραΐνδες θ. θ. Call. — ὠγύγια σκᾶπτρα et κραινίδας θεῶν θέμιστας Brod. ἐκνοσφισάμην ὠ. σ. κραιΐδας θ. θ. Mor. II — τῶν δ' ἐγὼν ἐκνοσφισάμην ὠ. σ. ἐκρᾴηνα τέ σφιν θέμιστας Auber.

Simiae Securis. in a sine lemmate. Θεοκρίτου πέλεκυς Call. (Sal. Farr. Mor. II ut Call.); Πέλεκυς Iunt.

v. 1. ἀνδροθέα Call. — κρατιστας litteris ερ superscriptis a. κρατερᾶς Hephaest. Call. — μηδοσυνας (cum δ super μ et μ super δ) a. — τίν (superposito ω) a. τίνων Iunt. Call. Cam. τίων Salmas.

v. 2 ὤπασεν ἐπειός a. — τῶι ποτὲ a. ᾧ ποκα Brod. Steph. ὦ ποκα Call. Cam. Iunt. ὁππόκα coniec. Scaliger. τῶι ποκα corr. Salmas. — πυργόν Mor. II. — θεοτύκτων Iunt. — κατέριψεν a. Jacobs. κατέρειψεν Salmas. Brunck. κατέρειπεν Iunt. Call. Cam. Steph. —

v. 3. τῆμος a cum schol. τᾶμος vulgo. τῆνος Wilamowitz. — ἱερὰν κερι cum H super ε a κηρὶ schol. κῆρι Salmas. — πυρίνωι a. πυρίπνω Iunt. πυρίπνωι schol. Brod. πυρύπνω Call. Cam. — ἠθάλωσεν cum α super ε a.

v. 4. δαρδανίδαν a δαρδανιδᾶς Brod. Δαρδανίαν δ' ἐστυφέλιξ' ἐκ θεμέθλων ἀναστάς i. e. ἀνώστατον ποιήσας Scalig. — δαρδανιδᾶν δ' ἐστυφέλιξ' ἐκ θεμέθλων ἄνακτας Iunt. Call. — θεμέλων Mor. II — χρυσοβαφῆ ἄνακτα coniec. Salmas.

v. 5. ἐνάριθμος a. ἐναρίθμιος Call. Cam. Steph. I. ἐν ἀρίθμιος Iunt. ἐναρίθμιον Sal. — ἐν προμάχοις Ἀχαιῶν a. ἐνὶ προμάχοισιν Iunt. Call. ἐν προμάχοισι λαῶν Auber.

